

13 B, 46. 30.7

CONTROVERSIAE
NOBILITATIS
PILTENSIS



IN CAUSA ET ACTIONE

INTER ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISSIMVM
DOMINVM

NICOLAVM POPLAWSKY

EPISCOPVM LIVONIAE, PRAETENSVM ACTOREM,

ET

EANDEM NOBILITATEM,

RATIONE PRAETENSAE VINDICATIONIS EPISCOPATVS QVONDAM
CVRONIENSIS,

IN IVDICIIS RELATIONVM

SACRAE REGIAE MAIESTATIS

PROPRIARVM AGITATA,

INTERCEDENTES.



Postquam Illustrissimi & Magnifici Domini Commissarii ad Inquisitionem negotii Piltensis per nouellam Constitutionem Deputati, die 4^{ta} mensis Ianuarii Anno 1686 Piltini in exiguo numero conuenerunt, & iurisdictionem suam Commissorialem, non audita altera parte, imo repulsis & exire iusis eorum Plenipotentibus, fundarunt, tandem etiam, quid ea in causa pronuntiandum sit, mentem suam explicarunt, cum remissa ad Sacram Regiam Maiestatem No. 1. fol. 12. & No. 2. fol. 4. & 5; eadem Sacra Regia Maieestas abbreviando lites, actum illum Commissorialem pro valido & legitimo, non derogando tamen partis citatae defensis & Iuribus producendis adinuenire, & iisdem citatis, vt procedant, mandare dignata est, dicto No. 2. fol. 5. Nobilitas in procedendo exceptioni incompetentis actionis per Plenipotentibus Illustrissimi Curlandiae Ducis eidem Illustrissimo & Reuerendissimo Domino Actori oppositae inhaesit, eo, quod hic olim Episcopatus vna cum Archi-Episcopatu Rigensi iam dudum sub Imperio Romano, in secularem

statum reformatus, & postquam in potestatem Regis Daniae venisset, a fratre eius, Magno, Holsatiae Duce, longa annorum serie, vt seculare territorium possessus ac gubernatus, post fata vero eius certis pactis & conditionibus, Statum Episcopalem excludentibus, Regno Poloniae Magnoque Ducatui Lithuaniae incorporatus & in eodem seculari statu integro seculo conseruatus fuerit, prout sequentibus euidentissime deductum.

Quod enim tam Magister Teutonici Ordinis in Liuania, quam & Archi-Episcopus Rigenfis, cum suis Suffraganeis, videlicet Dorpatensi, Reualienfi, Ofiliensi & Curoniensi (de quo nunc controuersia est) Episcopis, quondam Membra & Status Romani Imperii fuerint, omni dubitatione caret, & tam ex subscriptionibus Recessuum Imperialium, praesertim Annorum 1530 No. 3 & 1555 No. 4. in quo Iurisdictio Ecclesiastica in Augustanae Confessionis socios suspensa fuit, quam ex Pactis subiectionis Liuaniae liquet, quibus Diuus Sigismundus Augustus, Poloniae Rex, Liuaniae Ordinibus bona fide spondit & recepit, „ se totis viribus eo incubiturum, ne ex „ deditioe illa Sibi & Reipublicae Poloniae in extrema illa „ necessitate, dum se propriis viribus contra Russorum „ arma amplius defendere haud possent, & ab Imperio pro „ derelicto haberentur, facta, apud Caesaream Maiestatem „ aliosque Imperii Romani Ordines vllum detrimentum „ tam in honore & fama, quam in fortunis & bonis pati- „ antur §. *Cum autem in conditionibus* No. 5. Ex his ipsis etiam pactis manifestum est, tam Magistrum, quam Archi-Episcopum Rigensem, cum supra fatis Suffraganeis, aliosque omnes Status Liuaniae, longo ante subiectionem illam tempore, Augustanam Confessionem recepisse:

pisse: „hinc idem Serenissimus Rex, se illis eiusdem Augustanae Religionis, cultusque diuini usum in suis Ecclesiis, suis totiusque rei Ecclesiasticae integram administrationem, nem sicut eam eousque habuerunt, libere permitturum, nec in ea ullam mutationem facturum, vel, ut ab aliis fiat, concessurum esse, sancte promisit. „ No. 6.

Hanc diuersis Romani Imperii Recesibus approbatam & pactis subiectionis Liouoniae confirmatam Augustanae Confessionis religionem, totiusque Teutonici Ordinis Ecclesiastici in Liouonia secularisationem per unionem Liouonia - Lithuanicam de Dato Grodnae, die 26 mensis Decembris Anno 1566 Serenissimus Rex, Sigismundus Augustus, scitu, consensu, approbatione & subscriptione Wilnensis, Luceorensis, Mednicensis atque Kiouienensis Reuerendissimorum Episcoporum omniumque Senatorum Magni Ducatus Lithuaniae in Comitibus generalibus approbavit & confirmavit, uti ex articulis subsequenter patet. Nam §. 7 cauetur de securitate Religionis Augustanae Confessionis & non turbando vel immutando Ecclesiarum earum statu, „ quapropter Superintendentes, Consistoriales, Visitatores, Concionatores, Scholarum Rectores atque Professores Litterarios Augustanae Confessionis institui debere. Tandemque totalem Spiritualium & Secularium Statuum Teutonici Ordinis in Liouonia mutationem atque euerisionem comprobavit sequentibus §. 8: „ Cum etiam sublatum veterem Ecclesiasticum statum, tam in Archidiecepsi, quam in reliqua Prouincia Liouoniae Ordini prius subiecta, & in secularem mutatum prorsus esse constet &c. it. §. 21. Denique cum ex praemisissis pateat „ haud obscure, Prouinciam Liouoniam sublatis priorum

„ Ordinum Statuumque, Spiritualium & Secularium dif-
 „ ferentiis, pari iure modo & ordine sese ex aequo Nobis,
 „ Magnoque Ducatui Nostro inseparabiliter adiunxisse &c.
 „ nullo relicto loco pristinorum Statuum differentiis, ideo
 „ totam vltra Dunensem Liuoniam tam Archi Dioecesim
 „ Rigensem, quam reliquam Liuoniae partem, tam eam,
 „ quae hoc tempore Imperio Nostro paret, quam quae ad-
 „ huc successu temporis, Diuina fauente Clementia, a Nobis
 „ recuperata, Dominiis nostris addita fuerit, Ducali Digni-
 „ tate ac titulo insigniendam, ornandam atque decorandam
 „ auctoritate Nostra Regia esse duximus, prout praesentibus
 „ literis Nostris insignimus, ornamus & decoramus. No. 7.

Ex quibus manifesto constat, partes Liuoniae tam Regno Poloniae acquisitas, quam acquirendas (prout Episcopatus Piltensis, licet pro tunc Regum Daniae Iurisdictioni obnoxius, Ducis Gotthardi Investiturae Anno 1561. insertus erat) Seculari & Ducali Titulo insignitas & conseruatas esse. Quam Teutonici Ordinis tam Secularis quam Ecclesiastici, Religionisque Catholicae in Liuonia mutationem & abolitionem Piaescius Episcopus olim Praemisliensis in Chronicis Gest. in Europa singul. pag. 51. testatur: “ Religionem Catholicam totam „ tunc a Liuonia exfulasse, vt ne quidem vestigia illius „ ibi apparerent. No. 8.

Ante praefatam tamen Magistri & Archi-Episcopi subiectionem, quidam Status Liuoniae, nempe Esthonica, Harria, Virria, & Episcopatus Reualiensis, Regno Sueciae, Episcopus vero Osiliensis & Curoniensis Iohannes a Münchhausen cum suis Capitularibus & Nobilitate, Regi Daniae, ex eadem necessitate se submiserunt, qui Münchhausen animaduertens, Illustrissimum Dominum
 Magi-

Magistrum in tractatibus cum Serenissimo Rege Poloniae iam inchoatis sibi Feudum Ducatus Curlandiae & Semigalliae referuaturum esse, non iniquum esse censuit, si & ipse, tanquam vir senio confectus, sibi de futuris alimentis prospiceret, & in recompensam effusi pro Episcopatibus suis proprii Patrimonii certas pecuniae summas pro se referuaret. Henningius in Chronicis Liuonicis & Curonensibus Rostochii impressis pag. 49. dicit: “Dux „Holsatiae Magnus Anno 1560. in Festo S. Paschatos, die „17. Mens. Apr. insperato Arensburgi Osiliae advenit, ab „Episcopo Iohanne a Münchhausen & Capitularibus eius „illuc vocatus, qui etiam pro cessione Dioeceseos „a vetere Regina Daniae, Ducis Magni Domina Matre; „eximiam pecuniae summam circiter viginti millia Thalerorum accipiens periculo se subduxit & in Germaniam „patriam suam discessit. No. 9.

Ruffovius Part. 2. Chronicorum Liuonicorum fol. 72. similiter ita refert: Anno 1560. “Festo Paschatos „Magnus Dux Holsatiae FRIDERICI II. Regis Daniae Frater Arensburgi Osiliae aduenit, & Episcopatum Osiliensem & Curoniensem, quem Iohannes a Münchhausen Episcopus praefato Regi Daniae obtulit, accepit „& occupavit. No. 10.

Nullus vero omnium dicit, Iohannem a Münchhausen Episcopatus illos Regi Daniae hypothecasse, vel iure obligatorio inscripsisse; Vxoratus enim erat, & Augustanae Confessioni addictus, inde nullam spem redimendi illos Episcopatus, nec causam referuandi alicuius Iuris Romanae Ecclesiae habere potuit.

Rex igitur Daniae FRIDERICUS II. ambos illos Episcopatus praefato modo adeptos & sui Iuris factos, Fratri suo, Magno, Holsatiae Duci, patrimonii loco contulit, qui illos vsque ad Annum 1583. quo vitam cum morte permutauit, ab initio quidem sub titulo Episcopi, exemplo aliorum Principum Romani Imperii eiusmodi secularifatos Episcopatus hucusque possidentium: mox autem sub titulo absoluti & secularis Domini liberime possedit, & Nobilitati diuersa bona ante hac Episcopalia iure hereditario benigne contulit, prout ea omnia ex forma Regiminis Consiliariis suis praescripta & Diplomatum ex Cancellaria illius emanatis luculenter apparent.

Post fata Ducis Magni, Serenissimus Daniae Rex, Dioeceses illas, tanquam legitimus Fratris sui Successor iterum in possessionem apprehendit, & in Curonensem quidem Gubernatorem suum, Generosum Iohannem Behr constituit. Serenissimus autem Poloniae Rex, Stephanus generalem Iuris cessionem vniuersae Liouoniae per vltimum Magistrum eius prouinciae Anno 1561. sibi factam allegans, ius suum armis prosequi intendebat; quae controuersia etiam in apertas belli flammis erupisset, nisi illa mature per interpositionem Celsissimi olim Georgii Friderici, Marchionis Brandenburgici & in Prussia Ducis Anno 1585. amicabiliter sopita fuisset.

Per illam solennem inter praedictos Serenissimos Reges & vtriusque Regna initam transactionem, ille olim Episcopatus, nunc vero Districtus Piltensis (promiscue enim haec nomina in transactionis Instrumento ponuntur) ad Regnum Poloniae & M. D. Lithuaniae accessit.

Ex qua Transactione singulariter notanda sunt:

1) Ab invocatione S.S. Trinitatis addito Amen, initium factum esse, quod Iuramenti vim habet, & Sanctissimae fidei Catholicae vinculum est, prout Ioannes Zamoyky, Reg. Polon. Cancellarius & Exercituum Praefectus in Comitibus Cracouiensibus felicissimae Coronationis Sigismundi IIIⁱⁱ Anno 1587. eiusmodi pacta sancte obseruari voluit; Doct. Moller Septentrion. Histor. eodem anno: quam Numinis Diuini inuocationem sanctam legimus in iure Canonico.

2) Ducem Magnum in illa agnosci & titulari Episcopatus Curonienſis Dominum.

3) Non de pignore quodam vel hypotheca sed de iure & successione Episcopatus Curonienſis controuersiam inter Serenissimos Reges fuisse.

4) „ In illa tam Nobilibus quam Oppidanis quietum „ liberumque Exercitium Augustanae Confessionis, praeter quam nulla alia (*sunt ipsissima verba transactionis*) „ compluribus abinde annis in Ecclesiis illius Episcopatus „ religio culta atque obseruata fuit, relictum, & ne vlla alia „ illis obtrudi, sed vt pari cum Curlandiae Ducatus Subditis conscientiae libertate gaudere debeant, sancitum esse in quamque restrictam Ecclesiastici Regiminis Augustanae Confessionis in Districtu Piltensi conformitatem, secundum Statum Ecclesiastico-Policum Ducatus Curlandiae exegisse primam Gotthardi Inuestituram, atque subsecutam Liuono-Lithuanicam vnionem, partes Liuoniae Dominiis Regni Poloniae acquirendas titulo Ducali & seculari insignientem & confirmantem. Excludit ergo Paſtorum Sanctitas atque tot praegnantium rationum grauitas,

vitas, imprimis, cum nulla alia Religio incolis Districtus Piltensis obrudi debeat, omnes & singulas Reuerendissimi Episcopi impetitiones, & formae & materiae secularifati Regiminis repugnantes.

5) Serenissimum Regem Poloniae amicae & placidae transactionis nomine, Serenissimo Daniae Regi triginta Thalerorum millia persoluisse; „Hunc vero illi „totum Curoniensem Episcopatum cum omni iure, Do- „minio, vsufructu, ceterisque ad eum Episcopatum per- „tinentibus, quemadmodum in suis limitibus & metis ab „Illustrissimo Duce Magno possessus & vsurpatus fuit, re- „signasse, cessasse & tradidisse: non autem Ius aliquod obligatorium, vt Pars actoria assererat.

6) Inter ceteras condiciones & hanc receptam esse, vt non tantum „Generosus Ioannes Behr, in pacifica „bonorum suorum possessione, vigore Inscriptionum & „legitime obtentorum Priuilegiorum retineri & confer- „uari, sed & pari ratione ceterorum quoque Nobilium „& subditorum Iura & Priuilegia de bonis suis iusto Titulo possessis, ipsis & eorum heredibus non tam tempore „illius Serenissimi Regis, quam omnium eius Successorum & Ordinum Regni, atque etiam aliorum Dominorum, ad quos Dioecesis ista successu temporis, quocunque Iure peruenire posset, salua esse, conferuari & confirmari debeant: Vbi sub verbis: *Aliorum Dominorum*, Episcopi minime denotantur, quippe qui tantum administratores sunt rerum Ecclesiasticarum; sed potius intelliguntur Duces Curlandiae ex vi pactorum prouisionalium.

7) Episcopatus huius Nobiles & subditos Iuramento, quo Serenissimo Daniae Regi obstricti erant; absolui; nouo vero Iureiurando tam Serenissimo Regi Poloniae, Stephano quam Successoribus illius & Regno obstringi, quod etiam infert praesentem secularem statum.

8) Vtramque Regiam Maiestatem superiora omnia inuiolate obseruari, complere & re ipsa praestare velle, & sub verbo & dignitate Regia pro se & Successoribus Ordinibusque Regni promississe atque recepisse.

9) Nullam saluam vel reservationem Iuris Romanae Ecclesiae, multo minus Iuris Episcopalis in tota Transactione adiectam esse. No. 11.

Cum autem Serenissimus Rex Stephanus morte praeueniretur, nec transactionem commemoratam in publicis Regni Comitibus, vti receptum erat, confirmare posset, Successor eius, Diuus Sigismundus Illtius hac adiecta ratione, quod in eadem conseruanda non solum Iura Priuatorum, verum publicam etiam fidem versari intellexeret, id solenniter fecit in Comitibus Regni nimirum generalibus Warfauiensibus die 17. Mensis Aprilis Anno 1589. promittendo verbo suo Regio pro se & Serenissimis Successoribus suis, se tam ipsam transactionem in omnibus eius clausulis & conditionibus inuiolabiliter seruaturum, quam maxime Nobilitatem vniuersam, omnesque incolas, in omnibus iuribus, libertatibus, Possessionibus, inscriptionibus & Priuilegiis manutenturum esse, sine omni etiam Reservatione Iuris Episcopalis aut Romanae Ecclesiae cuius Confirmationis initium similiter ab Inuocatione S.S. & indiuiduae Trinitatis factum est, dicto No. 11.

Similes Confirmationes etiam a subsequen-
tibus Serenissimis Regibus Poloniae, in publicis Regni Comitibus emanatae sunt, sine vlla quoque reservatione Iuris alicuius Episcopalis vel Romanae Ecclesiae. No. 12.

Praeterea Serenissimus Rex Stephanus post sub-
mota Russorum ex Liuania arma Constitutiones Liuo-
nicas, corpori Statutorum apud Ianusouium Part. 5. lib.
7. p. 696. editionis Cracouiana, insertas fanciuit, in
quibus sua Maestas affirmat; „Se Episcopatum Venden-
sem in locum Archi-Episcopatus Rigenfis & Episco-
patuum, qui superioribus temporibus, primum discor-
dia interna, deinde vero hostili gladio exterminati fue-
runt, fundasse, No. 13. quae verba etiam in ipsa funda-
tione Episcopatus Vendenfis habentur No. 14.

Haec autem fundatio loco omnium Liuaniae Epi-
scopatum, haud sine consensu summi Pontificis facta est,
vti fatetur Heydenstein, Regius tum temporis Secretarius
& rerum omnium oculatus testis, Lib. 7. Rer. Polon. vbi
dicit: „Regem ea de re literas Romam misisse, verum
nouum Romanis visum, a Rege Episcopatus fundari,
dotari quidem a Regibus, fundari autem non nisi a sum-
mis Pontificibus, rescriptum: Non sine causa etiam quae-
situm esse, qua ratione Archi-Episcopatus quatuorque
aliorum Dorpatensis, Revaliensis, Osiliensis, & Curoni-
ensis Episcopatum loco, unus solus, isque neque ma-
gnus valde, neque multis Possessionibus attributis, con-
stitueretur? verum cum Diplomate foundationis in suppli-
cem libellum verso, de Episcopatibus, Revaliensem, Ofi-
liensem, & Curoniae, partim in Sueci, partim Dani, par-
tim Magni potestate adhuc esse, Archi-Episcopatum au-
tem ac Dorpatensem Episcopatum iniuria temporum,
„qui-

„ quibus Archi-Episcopus ipse a fide Catholica defecisset,
 „ partim in varios Possessores distractos, partim ob tot
 „ Principum in vna prouincia diffidia singulorumque im-
 „ becillitatem, superioribus temporibus vltro in hostis po-
 „ testatem, Prouinciam ipsosque Episcopatus venisse,
 „ responsum, spesque auctionis alicuius si reliqua recupe-
 „ rarentur, facta esset, perfecta res fuit. No. 15.

Vbi notandum, spem auctionis alicuius, si reliqua recuperarentur, non vero restaurationis eorundem Episcopatum in pristinum statum, & nouam istam Episcopatus Vendenfis foundationem in bonis secularibus Teutonici Ordinis, non autem in bonis olim Ecclesiasticis factam esse, ne iurata Secularisationis Iura violarentur. vid. dicta in fine.

Cum igitur Illustrissimus & Reverendissimus olim Episcopus Vendenfis, Otto Schenkinus coram certis Commissariis per Diuum Sigismundum III. & Ordines Regni & Magni Ducatus Lithuaniae Anno 1617 plena cum potestate in Ducatum Curlandiae, Districtumque Piltensem ablegatis, Generoso Wernero Behr actionem ratione suppellectilis aureae & argenteae, tam Cathedralis, quam aliarum Ecclesiarum, Monasteriorumque huius olim Episcopatus, post decessum Uldarici Behrii Praepositi quondam Hasenpothenfis relictae, & ad citatum Iure hereditatis quasi deuolutae instituisset, & praefati Commissarii illam eo, quod in causa praesenti ageretur de Transactione publica, Priuilegiis & Iuribus, per Serenissimos Reges Poloniae, Prouinciae Liuonicae concessis, quorum cognitionem & Interpretationem Sacrae Regiae Maiestati competere censuerunt, ad eandem remisissent. Idem Serenissimus Rex Anno 1619 fer. 2. ante Festum S. Mar-

garethae Virginis & Martyris proxima ad exceptiones incompetentis Actoris & Actionis per citatum oppositas bina Interlocutoria tulit: quorum priori „eo confide- „rato, quod Actor non solum tanquam Episcopus Ven- „denfis, qui Episcopatus in locum priorum omnium „Episcopatum in Liuania & Curonia existentium, so- „lus per Serenissimum olim Stephanum Regem Poloniae „constitutus est, verum etiam vigore Priuilegii a se de- „super specialiter obtenti, agit; ideo actorem competen- „tem esse,“ altero autem, „eo attento, quod Episcopus „Vendensis non solum in locum Episcopi Curoniae, ve- „rum etiam aliorum Episcoporum Liuaniae, vti prae- „missum, constitutus est, Transactioque per citatum al- „legata nihil de eiusmodi Suppellectile Ecclesiastica in „se contineat, actionem etiam competentem esse adinuenit, No. 16. & tandem Anno 1622 post peractam Inquisitionem & euasionem iuratoriam citatum liberum pronunciauit. No. 17.

Ex quibus Decretis Regiae Maieftatis & lateri eius assidentium Illustrissimorum Dominorum Senatorum liquet, Episcopatum Curonensem pariter sicut reliquos extinctum esse, neque Episcopum Vendensem, in cuius locum Illustrissimus Actor designatus erat, vllum Ius ad Ecclesias Cathedrales, multo minus ad totum Districtum Piltensem habuisse, praesertim cum etiam constitutione anni 1611 sub titulo: *Powiat Piltinski*, iura, consuetudines & iudicia propria Nobilitatis eius Districtus confirmata, eoque ipso iura Dioecesana olim Episcoporum iterum publica autoritate abolita fuerint. No. 18.

Quin imo iidem praefati Regii & Reipublicae in hunc Districtum ablegati Commissarii Ordinationes quasdam

dam ibidem, in vim perpetuae legis promulgarunt, inter quas & hae sunt. „Ne imposterum a quoquam in co-
 „lenda libere Catholica Religione metus praetendi pos-
 „sit, vt autoritate Sacrae Regiae Maiestatis, consensu-
 „que vniuersae Districtus huius Nobilitatis cuilibet Re-
 „ligionem Catholicam profitenti, vel eam profiteri vo-
 „lenti liberum sit, Sacella, templa, Scholas aedificare, vel
 „antiqua in bonis suis accommodare, Magistratusque
 „Politicus“ (nimirum Iudices terrestres per Regiminis
 formam instituti) „ex officio teneatur tueri & defende-
 „re loca sacra, hominesque Religionem Catholicam Ro-
 „manam profitentes, vel eam docentes ab omni vi & in-
 „iuria. Et ne in posterum alius nisi Nobilis indigena in
 „hoc districtu bene possessionatus in praefectum Arcis
 „Piltensis constituatur.„ Ergo nullus locus Episcopo
 relictus, quamuis eius Commissionis caput Kucborski,
 Episcopus Culmenfis & Pomezaniae fuerit. No. 19.

Porro nisi Episcopatus Curoniensis tam ante quam
 post illam supra mentionatam Transactionem pro extin-
 cto & reformato reputatus fuisset, Diuus Sigismundus
 Augustus in pactis Subiectionis cum Illustrissimo Magistro
 Liuoniae Anno 1561 initis, illum limitibus Ducatus
 Curlandiae non inclusisset. No. 20. Nec eidem Illu-
 strissimo Duci sub certo modo in feudum promississet,
 No. 21. Neque Successores eius diuersis Nobilibus bona
 ante hac Episcopalia Iure hereditario contulissent, vel
 etiam ab ipso Duce Magno benignissime collata omnium
 Ordinum autoritate & consensu confirmassent, aliquan-
 do etiam cum ista clausula: quod bona illa a Duce Ma-
 gno collata fuerint, „Episcopatu isto in secularem statum
 „re-

„reformato, “ vti in Confirmatione Priuilegiorum Behrianorum factum est. No. 22.

Si igitur Illustrissimus & Reuerendissimus Dominus Liuoniae Episcopus hunc olim Episcopatum ex Iure antiquo, vti intendit, obtineret, vniuersae Nobilitatis bona in dubium vocarentur, contra pacta & fidem publicam, contra Iura gentium & quietam centum octoginta sex annorum possessionem, cum tamen post quadraginta annos de iure nemo titulum Possessionis suae edere teneatur. Neque hoc fieret sine praecudicio aliorum Regum & Principum, qui eiusmodi reformatos Episcopatus possident, & in eorum possessione per pacem Osnabrugensem, non attentis cuiusuis Ecclesiastici vel Politici intra vel extra Imperium Protestationibus confirmati sunt. N. 23.

Praefertim etiam Regis Daniae interest, ne Pacta Antecessorum suorum violentur: Siquidem Antecessor eius Serenissimus olim Fridericus II. Nobilibus nonnullis ratione bonorum & possessionum suarum, euictionem & manutenentiam, si futuro tempore pacta illa non feruentur, pro Se & Successoribus suis inscripsit. Num. 24.

Quo accedit, quod nec Praefecturas solas vel Capitaneatum Illustrissimus Liuoniae Episcopus, e manibus modernorum Possessorum praetendere possit, dum Serenissimi Reges & Respublica iura sua haecenus ita exercuerint, ne Pacta publica & Decreta violentur, nec Ius quaesitum alteri auferatur, praefertim, cum ista exemptio statum secularis Piltensem inuerteret, & Ius Dioecesanum inuolueret, perpetuasque lites & infinita alia incommoda post se traheret. In saepius allegata Transactione Polono-Danica & eius Confirmationibus, tam Oppidanis quam Nobilibus eorum, quae de non obtrudenda

trudenda ipsis alia, quam Augustana Religione, item de Iuribus, Priuilegiis & bonis illorum, cauta reperiuntur, inuiolata conseruatio, & Regalis contra vim omnem & iniuriam defensio, Iustitia & Patrocinium sub verbo & dignitate Regia promissa sunt, dicto No. II; per Commissarios autem Regios atque Reipublicae Anno 1617. in vim perpetuae legis sancitum, ne in posterum alius, nisi Nobilis indigena in hoc districtu bene possessionatus Arci Piltenfi Praefectus constitui debeat, dicto No. 19. & per constitutionem publicam Anni 1611. vt supra No. 18. allegatum, Iudicia Districtus propria confirmata, eoque ipso Ius Dioecesanum, si quod Episcopi antiquitus exercebant, denuo abolitum est: quae omnia utique non admittunt, vt Episcopus Nobilitati Piltenfi obrudatur, a quo vel eius Successoribus sine dubio multa accessoria & variae dependentiae praetenderentur, lites ex litibus fererentur, & tandem Iura tam Nobilium quam Oppidanorum penitus euerterentur.

Neque vllum exemplum in Regno occurrit de obruso Nobilitati vel Districtui alicui, contra voluntatem eorum, Episcopo, qui vero sponte consentiunt in aliquam innouationem, illis non fit iniuria, cum quilibet Iuri suo renunciare possit.

Tandem etiam Incolae Districtus Piltenfis in Pactis Oliuensibus, sub generali Amnestia comprehensi, & circa omnia Priuilegia & consuetudines, tam in Ecclesiasticis quam Politicis conseruati sunt. No. 25.

His ita praesuppositis praetensa Iura, quae Illustrissimus & Reuerendissimus Dominus Liuoniae Episcopus in Commissione Piltenfi pro se allegauit, & in iudiciis

Relationum Sacrae Regiae Maieftatis propriarum nonnullis additis repetiit, refutata funt, vt fequitur.

Produxit autem Dominus Aëtor

I) Nominationem Sacrae Regiae Maieftatis & fubfecutam Confirmationem Summi Pontificis, cum Iurisdictione fuper omnes Ecclefias Romano-Catholicas in Liuania atque Curlandia, tum & Semigallia exiftentes, addendo, quod Diftrictus Piltenfis in variis Hiftoriis & Transactionibus femper Epifcopatus titulum retinuerit, dicto No. I. pag. 5.

Ad quae a Patrono Caufae Nobilitatis Piltinensis coram dictis Iudiciis Relationum Sacrae Regiae Maieftatis propriarum refponfum.

I) Nominationem ac Confirmationem illam effe factam ad minus plenam informationem Sacrae Regiae Maieftatis & Summi Pontificis. Nam, fi Sacrae Regiae Maieftati & fummo Pontifici demonftratum, hunc olim Epifcopatum, vna cum Archi-Epifcopatu Rigenfi iam dudum fub Imperio Romano, in fecularem ftatum reformatum, & poftquam in potefatem Regis Daniae venit, a Fratere eius, Magno, Holfatiae Duce, longa annorum ferie, vt feulare territorium poffeffum ac gubernatum, poft fata vero eius, vt tale, certis pactis & conditionibus Statum Epifcopalem excludentibus, Regno Poloniae, Magnoque Ducatui Lithuaniae incorporatum, & in eodem feulari ftatu longe vltra feculum conferuatum effe, prout fupra deductum, & ex publica Transactione eiusque claufulis & confirmationibus, item & fundatione Epifcopatus Vendenfis loco omnium Liuaniae Epifcopatum & ex Decretis Regiis patet; nec nominatio a Sacra Regia Maieftate facta, nec confirmatio Summi Pontificis

sub-

subsecuta esset: praesertim cum Transactio inter Serenissimos Poloniae & Daniae Reges ab inuocatione Numinis Diuini sit inchoata & conclusa, hodie autem omnes statuunt, quod etiam dissentientibus in fide, hoc in casu, quando Inuocatio Numinis Diuini accessit, fides sit seruanda.

2) Nominationem ac Confirmationem illam absque dubio factam, ad hanc S. Sacrae Regiae Maiestatis & Summi Pontificis informationem, quasi nimirum vltimus Episcopus Iohannes a Münchhausen Episcopatum Curoniensem Regi Daniae Friderico II do oppignoraue-rit, vel iure obligatorio inscripserit, vti ex vltioribus Domini Actoris illationibus facile colligendum; quod tamen ex nullis documentis vel Historicis, neque ex publica Transactione supra allegata probari potest; vt igitur petitum, ita datum.

3) Titulum Episcopatus Piltinensis seu Curoniensis nihil posse inferre ad intentionem Domini Actoris probandam. Nam quod hoc interdum factum, hoc non factum ex eo, quod Districtus Piltinensis ad praesens sit Episcopatus, sed quod quondam fuerit. Sic, si quis dixerit, coeci vident, surdi audiunt, non sequitur, qui iam coeci ac surdi sunt, sed qui ante hac coeci & surdi fuerunt. Quam explicationem Dominus Actor ipse approbavit, dum tenore Protocolli Commissarialis dicto No. I. pag. 10. Decretum Dominorum Commissariorum Anno 1597. vltima Ianuarii in sub-Urbio Arcis Piltensis contra Illustrissimum Dominum Marchionem publicatum pro se allegat his verbis: „ Arcem ipsam Piltinensem & vniuer-
„ sa bona Episcopatus olim Curoniae, nunc vero Territo-
„ rii eius Vasallos & subditos accepta pecunia triginta mil-
„ lium Thalerorum Illustrissimo Friderico Duci Curlan-

diae tradat. “ &c. Quemadmodum autem Dominus Actor hoc ipso sibi contradixit, ita etiam in Transactione Danica, item in Constitutione Anni 1611. & in Commissione Kurzborsciana de Anno 1617. tum etiam in Pactis Oliuensis territorium Piltense, aliquando Districtus nominatur, aliquando etiam vocula: *quondam* vel *olim* adiicitur, vnde nec dici potest, dictum Territorium semper retinuisse titulum Episcopatus, nec illum huic Districtui esse nociuum, vel Domino Actori ad intentionem suam probandam proficuum, praesertim cum multi Episcopatus in Germania, vt Magdeburgensis, Halberstadiensis, Misnensis &c. nomen suum retinuerunt, quamuis dudum in statum Seculare redacti, & a Secularibus possessi sint, & adhuc possideantur, quin potius ex Instrumento Pacis Osnabrugensis patet, illis Episcopi Titulum absque omni praeiudicio esse.

4) Controuersia de Iurisdictione seu potius cura super Ecclesias Romano-Catholicas in Liuonia, Curlandia & Semigallia existentes, ad casum praesentem plane non pertinet; Nam vt Liuonia, Ducatus Curlandiae & Semigalliae propterea non mutantur in Episcopatus, ita nec Districtus Piltensis ex eo pro Episcopatu haberipotest.

II. Ad vltiorem probationem Dominus Actor produxit ex Actis Metrices Regni Transsumptum Status Episcopatus Piltinensis, ab Illustrissimo olim Ottone Schencking Episcopo Vendenfi conscripti de Anno 1644, ex quo deducere voluit, Iohannem a Münchhausen, Episcopatum Piltensem Serenissimo Regi Daniae pro 30000 Thaleris oppignorasse, Regem Daniae huius possessionem in Fratrem Magnum transtulisse, Sigismundum Augustum, Diuae Memoriae, Magistro Ordinis Teutonici

nici, facta Liuoniae subiectione, in collatione Feudi Ducatus Curlandiae, Districum Piltensem non inclusisse, & Ducem Magnum Sese, Episcopatumque suum Regi Poloniae subiecisse. Item Regem Daniae, mortuo Magno, Episcopatum, vi Hypothecae ad se spectantem repetere contendisse, Regem autem Poloniae, Stephanum, dictum Districum vt Dominio suo subiectum, & ad Rempublicam pertinentem, strepitu armorum vindicare statuisse, ad quae auertenda, Marchione Brandenburgico interueniente & summam 30000 Thalerorum soluente, Episcopatum a Rege Daniae ad Regem Poloniae delatum esse. Item Episcopatum tantisper in manibus Marchionis Brandenburgici ob numeratam pecuniam remansisse, & successiue ad manus Generosorum Maydelliorum transiisse, atque hucusque in manibus illorum manere, praeter varios Nobiles, bona reliqua possidentes, cum addita semper clausula Iuribus Regalibus, Episcopatibus, & Capituli per omnia saluis, dicto No. 1. p. 5. & 6.

Ad quae responsum:

1) Praefatum Transumptum Episcopi olim Vendenfis per se nullam facit probationem, nec potest loco probationis in medium proferri, sed circumstantiae & res in eo contentae, alia, & de iure, sufficienti indigent probatione; Nullum enim assertum, ad Acta positum, tertio absenti & ignoranti potest praeiudicare, vel parti aduersae Ius quoddam acquirere, nam si asserere sufficeret, nemo de iure suo tutus esset.

2) Ipsum Transumptum non dicit, Episcopatum Regi Daniae esse oppignoratam, vel alio Iure obligatorio inscriptum, sed venditum, quod vero etiam absque fundamento est, vt supra deductum.

3) Rex Daniae in Fratrem Magnum Dominium Districtus Piltensis, non vero solam possessionem transulit, vti ex Transactione Polono-Danica patet, in qua Episcopus Curoniensis seu Districtus Piltinensis Dominus vocatur.

4) Contra prouisionem Magistri Teutonici Ordinis assertum est, Episcopatum Piltensem in collatione Feudi Ducatus Curlandiae non esse inclusum. Intra limites enim Curlandiae in Pactis prouisionis conscriptos continetur, & in iisdem Pactis expressis verbis extat: Serenissimum olim Poloniae Regem, Sigismundum Augustum promississe, se operam daturum, vt permutatione Episcopatus Curoniensis pro Sonneburga Arce & Curiis Leal & Hapsel Illustrissimus Holsatiae Dux contentetur, & cum reliqua Curoniae Episcopatu quoque Curoniensi Illustrissimus Curlandiae Dux potiatur.

5) Dux quidem Magnus Rigam venit, offerendo se ad iuramentum praestandum & homagium accipiendum: Quemadmodum autem non petiit Episcopatum spirituales, sed confirmationem eius, quam possidebat, Liuaniae partis, tanquam Ducatum in Liuania, vti ex Conditionibus ipsius nomine propositis, & in Metrica Regni hucusque asseruatis videndum; ita quoque res ad Comitata reiecta nec subiectio illa effectum suum sortita est. vid. Heydenstein Lib. 6. p. 196. No. 26.

6) Haec verba: Regem Daniae, mortuo Magno, Episcopatum vi Hypothecae ad se spectantem repetere contendisse, in Metrica non inueniuntur, & est haec illatio contra manifestam notorietatem, publicamque cum Rege Daniae initam Transactionem, quae Ducem Magnum agnoscit pro Episcopatus Curoniae Domino & dicit, controuer-

trouerfiam fuiſſe non de Hypotheca, ſed de dereliſti eius Episcopatus Iure & Succeſſione: Status enim & Ordines Liuoniae ab eo tempore, quo a Ruſſis oppreſſi & ab Imperio Romano dereliſti ſunt, ex ſumma neceſſitate partim Daniae, partim Poloniae, partim Sueciae Regibus ſe dederunt. vid. Ruſſouius in Chronicis Liuonicis de Anno 1584. Barthae impreſſis. Part. 2. fol. 39. item Receſſus Romani Imperii de Anno 1559. No. 27.

7) Diſtrictus Piltinenſis neutiſquam ante hac cuiquam, ſed demum a Sereniſſimo olim Rege Stephano, Illuſtriſſimo olim Georgio Friderico, Marchioni Brandenburgico, in Pruſſia Duci, inque illa controuerſia Mediatori pro ſumma 30000 Thalerorum iuxta Transactionem oppignoratus & poſt modum quoque ipſi Coniugi eius, Iure aduitalitio conceſſus fuit, ficque tandem ad Maydelios peruenit; ſed illa clauſula de reſeruato Iure Episcopali & Capituli, nec in Transactione publica & eius confirmationibus, nec in Contractu obligatorio Illuſtriſſimi Marchionis, vel Iure aduitalitio, ipſi & eius Illuſtriſſimae Coniugi dato, neque eo, quam poſtmodum G. G. Maydellii obtinuerunt, continetur.

8) Bona illa, quae Nobiles ex Priuilegiis & Inueſtituris Ducis olim Magni poſſident, pro legitime obtentis habentur, vt ex Confirmatione a Duce Sigismundo Illio Generoſo Domino Behrio in Comitibus generalibus data, euidentiffime patet.

9) Si Illuſtriſſimus olim Episcopus Vendenſis Schenking totum Episcopatum vel Eccleſias reformatas ſalua Transactione vindicare potuiſſet, non ſuppellectilem tantum auream & argenteam tam Cathedralium, quam aliarum Eccleſiarum Piltenſium, ſed vno eodemque

que Processu & Ecclesias & iura Episcopalia vindicare debuisset.

Quemadmodum autem ex ipsis Decretis Anno 1619. inter dictum Dominum olim Episcopum Vendensem Schencking & Generosum olim Wernerum Behr, ex seriis partium controuersis latis, constat, Episcopatum quondam Curoniensem pariter, sicut reliqui, extinctum, & Districtum Piltensem eo ipso ab omnium Reuerendisimorum Dominorum Episcoporum praetensionibus liberatum, dum in iis expressis verbis continetur, quod Episcopatus Vendenfis in locum priorum omnium Episcopatum in Liuania & Curonia existentium solus per Serenissimum olim Stephanum Regem constitutus, ita praefatum Transsumptum nihil contra Generosam Nobilitatem Piltinensem ad mutandum secularem Statum inferre potest.

III. Produxit Illustrissimus Dominus Actor saepe allegatam Transactionem seu Tractatum vel Pactum inter Serenissimos olim Stephanum Poloniae, & Fridericum Daniae Reges de Anno 1585. nonnullasque in ea contentas condiciones & clausulas allegando, ex quibus deducere voluit Episcopatus Dioecesis denominationem ac titulum; deinde Episcopatum Piltinensem subesse Regiae Maiestatis, totiusque Reipublicae Ordinationi & Dispositioni; tum Ius vindicandi huiusmodi Episcopatum competere illi, cui Rex atque Respublica illud contulerit, & tandem, quod hoc Ius ipsi per collationem & per Constitutionem Regni attributum sit dicto No. 1. pag. 6. & 7.

1) Ad praetensam Episcopatus Dioecesis denominationem ac titulum in antecedentibus iam ex fundamento

mento est responsum, ita vt nihil deesse videatur, quam Illustrissimi Domini Actoris confessio, quod haec denominatio ac titulus Illi nullo modo subuenire, Generosae Nobilitati autem nulla ex parte damno esse possit; praesertim, dum etiam in hac ipsa Transactione, vt et in multis aliis documentis, hic olim Episcopatus interdum Districtus nominatur, interdum etiam vocula *quondam vel olim* Episcopatu adiicitur, vt in Commissoriali Decreto de Anno 1597.

2) Quamuis Districtus Piltensis Sacrae Regiae Maestatis totiusque Reipublicae Ordinationi & Dispositioni subfit, Ordinatio tamen in illo secundum Pacta publica eorumque contenta est intelligenda, dum iuxta effectum Imperatoris digna vox Maestate Imperantis est, se legibus obligatum confiteri. Cum igitur ex iam adductis abunde constet, Episcopatum olim Piltensem iam ante subiectionem Liuaniae fuisse secularisatum, & vt seculare territorium ad Serenissimos Poloniae Reges & Rempublicam peruentum, in eoque vltra centum octoginta sex annos conseruatum, ideo frustra Illustrissimus Dominus Actor hanc Ordinationem & Dispositionem contra Pacta publica & iurata ad statum Episcopalem extendit; praesertim cum Serenissimi Poloniae Reges diuersis Nobilibus bona, ante hac Episcopalia, iure hereditario contulerint, etiamque ab ipso Duce Magno benignissime collata omnium Ordinum autoritate & consensu, aliquando etiam cum hac clausula confirmarint, quod bona illa a Duce Magno, Episcopatu isto in secularem statum reformato collata fuerint, vti in Confirmatione Priuilegiorum Behrianorum factum. Ex quo

3) Sequitur, nullum ius vindicandi Districtum Piltensem vt Episcopatum supereffe, nec alicui hoc Ius competere posse. Nam nec

4) Dominus Actor affirmare potest, hoc Ius sibi per collationem & constitutionem attributum, dum de eo adhuc quaeritur, & decisio Sacrae Regiae Maiestatis iustissima exspectatur; praesertim, cum non tantum clausulae & conditiones ex hac Transactione publica allegatae, Nobilitati non sint contrariae, sed & aliae in eadem extant, quae statum Episcopalem penitus excludunt, vt supra deductum.

IV. Produxit Dominus Actor litteras Consensus a Serenissimo olim Poloniae Rege, Sigismundo III. Illustrissimo Balthafaro Bathoreo, Anno 1588. & Illustrissimo Duci Curlandiae, Anno 1591. super eximendo Districtu Piltensi datas, ex quibus iterum voluit inferre, Dispositionem huius Districtus pertinere ad Sacram Regiam Maiestatem & Rempublicam, & interueniente quauis Possessionis mutatione clausulas additas esse, saluis Iuribus Reipublicae, Episcopatus & Ecclesiarum Catholicarum, dicto No. I. p. 7. & 8.

Resp. I. Nunquam negatum est, Districtum Piltensem ad Serenissimos Reges Poloniae & Rempublicam pertinere, quia vniuersa Nobilitas humillima obseruantia & subiectione eos Dominos suos clementissimos agnoscit; sed negatur saltem, quod Districtui Piltensi qualitas rei Ecclesiasticae tribui possit, postquam Episcopus Iohannes a Münchhausen dictum Districtum iam Anno 1560. sub No. 10. Regi Daniae Friderico II. veluti Principi seculari vendidit, hic autem Fratri suo Magno, Duci Holfatiae, loco proprii patrimonii contulit
ac ces-

ac cesfit. Post fata vero eius, idem Rex Fridericus cum Rege Stephano, Divae Memoriae, super hoc Districtu solenni Transactione pactus est, ipseque Rex Stephanus eundem pro tali, qui in statum secularem reformatus, expresse conseruare, sese obstrinxit, No. II. & tam ipse quam eiusdem Regni Successores talem secularisatum & Regno adiunctum Districtum, quam pluribus confirmationibus Regis approbarunt, adeo, vt ab eo tempore, vti secularisatus, hucusque semper reputatus fuerit. Qua propter confidit, se in hac possessione iustissimi Iuris porro conseruatum iri. Quam ob causam etiam per Ordinationem Commissorialem de Anno 1617. Catholicis quidem cum consensu Nobilitatis Piltenfis liberum Religionis exercitium cum facultate fundandi in bonis suis facella & templa permissum; sed in eadem Ordinatione etiam cautum, vt Arci Piltenfi semper Nobilis & Indigena ibidem bene possessionatus praeficiatur.

2) In consensu Illustrissimo Bathoreo dato nulla reseruatio pro Ecclesia inuenitur; in altero Illustrissimo Curlandiae Duci concessio, annexum quidem est: saluis iuribus Nostri, Reipublicae & Ecclesiarum Catholicarum ibidem manentibus; sed de iure Episcopali vel Capituli altum ibi silentium, quod eo minus reseruari potuit, quia Episcopatus Curoniensis iam dudum fuit extinctus, & in secularem statum mutatus, reseruatio autem non reperiens reseruabile nullius est roboris. Contra euentiam rei itaque est, in quauis possessionis mutatione, quae in hoc Districtu interuenit, vel interuenire debuit, semper additas clausulas esse: saluis iuribus Reipublicae, Episcopatus & Ecclesiarum Catholicarum.

V. Exhibuit Dominus Actor Constitutiones de Annis 1609. & 1611. item Responſa Diui Vladislai, de Anno 1633. & de A. 1637. item Constitutiones A. 1661. & 1667. Ex quibus probare voluit, 1) Diſpoſitionem Episcopatus Piltinenſis ad Sacram Regiam Maiestatem & Rempublicam pertinere; 2) Reges Poloniae & Rempublicam vindicationem eius pluribus iam annis intendiſſe &c; 3) Nullum ius ratione Feudi Illuſtriſſimis Ducibus ad eum competere; & denique, quod qualescunque mutationes poſſeſſionis Hypothecariae interueniſſent, vel interuenire debuiſſent, clauſulas eſſe additas: iuribus Reipublicae ſaluis, Episcopatus & Eccleſiarum, dicto No. I. pag. 8. & 9.

Sed Reſponſum.

1) Quemadmodum per Constitutiones de Anno 1661. & 1667. Commiſſiones quaedam ratione differentiarum, quae inter Illuſtriſſimum Ducem Curlandiae & Nobilitatem Diſtrictus Piltenſis interceſſerunt, ordinatae ſunt; ita apertiſſima tranſitio in aliud genus committitur, dum hae Constitutiones pro ſubſidio vindicandi Episcopatum, iam dudum per Inſtrumentum Pacis, Tranſactiones iuratas atque legitimam praepſcriptionem exſtinctum volunt applicari. Quod autem in iisdem Conſtitutionibus clauſula: ſaluis Eccleſiae Catholicae Romanae iuribus, adiecta, hoc contra voluntatem Nobilitatis, quae actiuitatem in Comitibus non habet, artibus eorum abſque dubio factum, qui ex controuerſiis his occaſionem ad Episcopatum hunc adſpirandi arripiebant, non conſiderando, quod dictae Conſtitutiones, per quas tantum Commiſſiones ordinatae, vltra intentionem partium vim ſuam exſerere non poſſint. Notum praeterea eſt, quod refer-

reſeruata & proteſtationes ius, ſi quod reſeruanti vel proteſtanti competit, conſeruent quidem, ius autem, quo deſtituitur, non tribuant. Quo accedit, quod iterum eo ipſo, dum dicitur, Diſpoſitionem Episcopatus Piltenſis ad Sacram Regiam Maieſtatem & Rempublicam pertinere, luculentiffime oſtendatur, eum non eſſe ſpiritualem ſed ſeculare. Hinc etiam in pace Oliuenſi, in ipſa Conſtitutione de Anno 1611. & in Ordinatione Commiſſoriali de Anno 1617. Territorium Piltenſe non Episcopatus, ſed Diſtrictus vocatur, nullumque in iis ius Romanae Eccleſiae reſeruatur.

2) Plus eſt in conſuſione quam in praemiſſis, dum aſſeritur, Sereniſſimos Reges Poloniae & Rempublicam vindicationem iſtius Episcopatus intendiſſe. De iſta enim intentione Reuerendiſſimo Domino Actori conſtare non poteſt: nec credibile eſt, Reges Poloniae & Rempublicam Diſtrictum iſtum ſibi vindicare voluiſſe, cum Sacra Regia Maieſtas omni tempore ita Iura & Regalia ſua exercuerit, vt nemo haec tenus queri potuerit, ſibi ius inprimis per tam ſolemne Transactionem quaefitum ademptum fuiſſe, quilibet potius ſingularem Sacrae Regiae Maieſtatis iuſtitiam dignis extollit encomiis, Cuius virtute omnibus Regni ſubditis iura ſua illibata remanere.

3) Ad negatiuam de iure Feudi hic allatam, abunde iam ſuo loco Illuſtriſſimi Principis Curlandiae Delegati ac Plenipotentes reſponderunt; quicquid autem denique de iure Hypothecario diſputatum, ideo reſoluitur, quod nunquam oppignoratio, Regi Daniae facta, probari poſſit, quippe contrarium ex Transactione Danica dilucidiffime apparet, prout ſupra fuſius deductum.

VI. Allegabatur etiam a Domino Actore Protestatio nomine Illuſtrisſimi olim & Reuerendisſimi Episcopi Samogitiae Anno 1644. interposita, ex qua duo specialiter inferre voluit 1) Ecclesiae Catholicae Romanae in Piltinenſi territorio immunitates semper praecustoditas. 2) Illuſtrisſimum Samogitiae Episcopum tanquam viciniorem, vacante fede, Ecclesiarum in Curlandia Catholicarum administrationem habuisse, quam nominato Episcopo Piltenſi tradidit dicto No. I. pag. 9. & 10.

Sed regerebatur.

1), Protestationes ius non habenti ius nullum tribuere. Itaque, cum Episcopatus Piltenſis iam ante subiectionem extinctus & in statum secularem commutatus fuerit, Dominus Actor contra conditiones & pacta, quibus subiectio facta est, ex nuda protestatione nullum ius sibi vindicare potest. Hinc Serenisſimus Vladislaus IV. non permisit, vt protestatio illa, quamvis publice circa ventilationem causae fieret, Decreto inter Illuſtrisſimum Curlandiae Ducem, Iacobum & Generosum olim Capitaneum Maydel pro tunc lato infereretur. Sublato igitur fundamento, id, quod ei superstructum, corruere necesse est. Praeterea iam satis superque probatum, Ecclesiam Catholicam Romanam in Piltinenſi territorio nullas tum temporis immunitates habuisse, ergo quoque praecustodiri non potuerunt.

2) Illuſtrisſimus Samogitiae Episcopus nullum vnquam actum Episcopalem in Districtu Piltenſi exercuit, neque prius curam Ecclesiarum in Curlandia Mitaviae & Goldingae Catholicarum habuit, quam ex Transactione posteriori Serenisſimi Regis cum Illuſtrisſimo
Duce

Duce Curlandiae eam accepit, hinc neque Administrator Districtus Piltensis dici, multo minus administrationem, quam ipse non habuit, in alium transferre potuit.

VII. Allegavit Illustrissimus Dominus Actor Decretum Commissoriale Regium de Anno 1597. quo potestas redimendi Episcopatum Illustrissimo Friderico Duci Curlandiae, ab Illustrissimo Georgio Marchione Brandenburgico concessa; item Instrumentum iuris aduitalitii per Diuum Sigismundum III. Anno 1598. Illustrissimo Marchioni Brandenburgico, eiusque Coniugi Sophiae Anspachianae datum; & Decretum Commissoriale pro Vidua Anspachiana de possessione bonorum Piltinensium ab Illustrissimo Duce Curlandiae repetenda. Ex quibus Episcopatum Piltinensem cum omnibus attinentiis adiudicari sibi postulat, addita ratione: quod quotiescunque Episcopatus Piltensis ab vno ad alium translatus, expressa mentio omnium attinentiarum facta sit. dicto No. I. pag. 10.

Sed Responsum.

Etsi Nobilitas humillime confidit, se ab Illustrissimi Domini Actoris totali impetitione plane liberari, atque per consequentiam, ventilationem huius puncti superuacaneam esse existimat, praesertim, quia Pilten in ipsis Diplomati- bus allegatis non solum Territorium, Tractus & Districtus Piltinensis, sed etiam Episcopatus olim Curonienfis vocatur eoque luculentissime indicatur, tum temporis Episcopatum esse iam desisse; attamen, vt etiam illatorum horum imbecillitas appareat, pro informatione regerere voluit, Diuum Stephanum Illustrissimo Marchioni Brandenburgico iurisdictionem super Nobilitatem quidem concessisse, atque

atque Illustrissimo Duci Curlandiae confirmasse, hoc verum non repugnante Nobilitate, sed cum libera eiusdem voluntate factum esse. Nam, cum vtrique Principes seculares vnus cum Nobilitate, Religionis, Germani & Vicini atque Regni Poloniae Feudatarii essent, concesserunt, vt iurisdictionem penes se retinerent: quae tamen iurisdictione, cum cesio Illustrissimo Duci Curlandiae faciendae effectum suum non haberet, considerando, quod libera Nobilitas contra voluntatem suam oppignorari non possit, postea sublata est; vti ex Constitutione Anni 1611. & Commissione Anni 1617. vbi Iudicia Terrestria Nobilitatis confirmantur, luculenter apparet.

Hinc in eorundem Dominorum Commissariorum Decreto ad Instantiam Illustrissimae Viduae Anspachianae contra Illustrissimum Ducem obtento, eidem Viduae non iurisdictione in Vasallos, sed pertinentiae tantum & prouentus Praefectarum adiudicati sunt, sicut nec ipsa Vidua, neque post eam G. G. Maydellii vllam iurisdictionem super Nobilitatem exercuerunt.

VIII. Denique Dominus Actor duplici Nobilitatem inculpatione grauare intendit. Primo quidem; ac si inscia Republica mediatam Illustrissimi Curlandiae Ducis iurisdictionem agnouerit, & ita se a Corpore Reipublicae auulserit; deinde etiam, quod Contributiones & alia onera belli pariter cum caeteris Regni Incolis, vigore Pactorum cum Dano initorum hactenus non supportauerit. vid. No. I. pag. 14. & 15.

Quod ad primum: Contrarium huius assertionis Documenta ab Illustrissimi Ducis Curlandiae ad hanc Causam Delegatis & Plenipotentibus coram Throno Sacrae Regiae

Regiae Maieftatis originaliter producta, vti funt: Confensus Diui Regis Iohannis Cafimiri, Generoso Maydellio, Capitaneo Piltinenfi de cedendo Iure fuo Illuſtrisſimo Duci Iacobo ſub Aëtü in Caſtris Varſauienſibus Anno 1656. No. 28; tum Diploma eodem Anno & die Eidem Illuſtrisſimo Duci datum, vigore cuius ob merita & antiquam praetenſionem ſuam ex Pactis ſubiectionis originem trahentem, non ſolum Capitaneatum Piltentem, ſed totum etiam Territorium pleno iure tenere & poſſidere debet, No. 29, quae poſſeſſio poſtmodum Illuſtrisſimo Duci ex captiuitate Suecica reduci per Sacrae Regiae Maieſtatis & Reipublicae Commiſſarium Iablozewckium renouata eſt, No. 30; vt & Reſponſum Sereniſſimae Reipublicae Illuſtritati Suae Anno 1669. die 6. Menſis Iulii ea de re datum, No. 31, & Conſtitutione Anni 1676. confirmatum, No. 32; necnon diuerſa Mandata & Caſſatoria Sereniſſimorum Regum, Iohannis Cafimiri & Michaelis, ſub Numeris 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. & 40; Declaratio denique moderni Sereniſſimi Regis Iohannis Tertii No. 41. quibus omnibus agnitio iuriſdictionis Ducalis Nobilitati vel mandatur vel approbatur, dilucidiffime oſtendunt, prout etiam in Conſtitutionibus Annorum 1675. & 1685. Illuſtrisſimo Duci Iuriſdictione illa reſeruata eſt, No. 42. Praeterea Nobilitas Piltentis Illuſtrisſimo Duci Homagium nullum praefſtitit, ſed iuriſdictionem eius iuxta mandata Regia, ſaluo directo Dominio & ſalua fide erga Sacram Regiam Maieſtatem ac Rempublicam, ſaluis etiam iuribus, Priuilegiis & immunitatibus ſuis, vigore Pactorum Conuentorum cum Illuſtrisſimo olim Duce Iacobo euentualiter, ſi nempe Reſpublica conſenſerit, & Illuſtritati Suae hunc Diſtrictum in

Feudum contulerit, erectorum, per Sacram Regiam Maieftatem autem confirmandorum, bona fide agnouit.

Nec Constitutiones Annorum 1609. & 1611; Commifio item Kuzborfciana; Refponfum Regis Vladislai & fimilia contra Illuftriffimam Domum Ducalem Curlandicam pro parte aduerfa allegata, Reuerendiffimo Domino Actori aliquid fubfidii pro obtinenda intentione fua afferre poffunt, quia non folum Illuftritatis Suae Plenipotentes contrarium fufius deduxerunt, fed etiam in illis nihil pro probando Epifcopi Liuoniae iure continetur.

Sic quoque fruflra obiiciuntur, quae in altero puncto afferuntur. Nam Nobilitas Piltenfis videre non potefl, qua ratione ad cafum praefentem obiectio haec pertineat, quia terminus nullus pro intermiffa folutione tributorum & fupportatione onerum, fed pro defendendo iure fuo contra praetentionem iam dudum extincti Epifcopatus, ei datus efl. Itaque cum Illuftriffimo Domino Actori nihil roboris inde accedat, fufficeret quidem haec ipfi oppofuiffe; fed ne tacendo culpa rei videantur, refpondetur: Nobilitatem, quae ad Comitata Regni, vbi Contributiones pro modulo cuiusque Diftrictus laudantur, nunquam haftenus vocatam effe, nihilominus tempore neceffitatis publicae, Sereniffimis Regibus Rempublicam repraesentantibus, fubfidia pecuniaria frequenter, etiam moderno Sereniffimo Regi, quod in recenti adhuc erit memoria, contuliffe, & fi quis alius contribuendi modus fuerit, temporis immemorialis praefcriptione & obferuantia tutam effe.

IX. Allegauit Reuerendisimus Dominus Aëtor coram Sacra Regia Maieftate ex Heydenfteinio, Woldemarum II. Daniae Regem fundaffe Episcopatum Curonienfem.

Sed Refponfum.

Ius Woldemari, mutationibus Status Curonienfis variis intercedentibus, iam dudum exftinctum effe, adeo vt Rex Daniae Fridericus II. non ex hac fundatione, fed ex eo ius fuum quaefuerit, quod incolae extremis neceffitatibus adducti, in protectionem Eius ficut reliqua Liouonia in Protectionem Regum Poloniae & Sueciae, iis conditionibus, quas quilibet obtinere poterat, fe dederint, & praemortui Fratris Magni, cui Diftrictum hunc cefferat, Haeres exftiterit.

Non itaque ex fundatione Woldemari, fed ex Paëtis fubiectionis & Transactione cum Rege Daniae inita ius fumendum eft, quippe iura posteriora prioribus femper derogant.

X. Illuftriffimus & Reuerendisimus Dominus Aëtor coram Sacra Regia Maieftate etiam fufstinere uoluit, Eam ex plenitudine potestatis & amore erga Ecclefiam poffe, etiamfi ius fuum aliquo modo vel dubium effet, quod tamen non concederetur, ipfi fuccurrere.

Sed Refponfum eft.

Ecclefiae non amori, fed odio effe, cum damno alterius fieri locupletiozem, atque femper Iuris naturalis firmiffima atque infallibilis regula habita, quod neque Princeps ius quaefitum vni auferre & alteri dare poffit.

Inde etiam Ethnicis Iustitia caeca pingitur, quia nullam respicit Personam, sed vnique Ius suum tribuit. Et quamuis Magistratus priuatorum aliquando agros vel domus adimere & publico vsui applicare possit, hoc tamen non fit, nisi summa necessitate & salute publica id exigente, praestita aequa satisfactione iis, quibus suum ademptum est.

Sed propter ditandum vnum Episcopum, Pacta cum inuocatione Diuini Nominis saepius confirmata violare, sicque fidem publicam atque iura Gentium laedere, nulla vrget publica necessitas, neque salus Reipublicae id requirit, sed digna Maiestate vox in perpetuum manet: Imperii submittere legibus Principatum.

Praeter haec nihil tam in Commisione Piltenfi, quam in Iudiciis Relationum Sacrae Regiae Maiestatis propriarum ab Illustrissimo Domino Liuoniae Episcopo contra Nobilitatem Piltensem allatum, quamuis in Decreto Regio de die 7ma Mensis Iulii Anni 1688. generaliter positum, quod actoria pars in vim Propositionis diuersa itidem iura ad Episcopatum Piltinensem habita, Transactionesque inter Serenissimos Regem Daniae, Marchionem Brandenburgensem, Sigismundum Augustum, & Stephanum Reges Poloniae intercedentes reproduserit, atque Decretum Regium, inter olim Principem Curlandiae & Maydellios per Serenissimum olim Vladislaum IV. de Anno 1644. latum, praelegerit. Nam vti per allegatas Transactiones nihil aliud, quam Pacta subiectionis & Transactio cum Serenissimo Rege Daniae, interueniente Marchione Brandenburgico, inita, intelligi potest, fietiam tam ad Decretum inter Illustrissimum Curlandiae Ducem & Maydellios latum, quam ad
alia

alia contra Celsissimam Domum Ducalem proposita, a Delegatis & Plenipotentibus Illustrissimae Celsitudinis Suae satis superque responsum est.

Itaque cum hoc modo Illustrissimi & Reuerendissimi Domini Episcopi illata & rationes eidentissime refutatae sint, Nobilitas Piltenfis inhaerendo Pactis publicis toties iuratis & confirmatis, Priuilegiis & Constitutionibus, Commisionibus, Regiis Decretis, variisque aliis iuribus & Documentis supra in Deductione causae specialiter allegatis, firmissime conclusit, Actionem Illustrissimi ac Reuerendissimi Domini Liuoniae Episcopi contra se, & in Districtum Piltensem esse incompetentem, humillime petens, vt Sacra Regia Maiestas eam pro incompetenti declarare, Nobilitatemque circa Transactionem, iura, libertates, bona, & possessiones suas, bonafide & Titulo vltra centum octoginta sex annos quiete vsurpatas, tum & circa Iurisdictionem mediatam Illustrissimae ac Celsissimae Domus Ducalis Curlandiae, si ita Sacrae Regiae Maiestati & Reipublicae placuerit, saluo directo Dominio Sacrae Regiae Maiestatis, saluis etiam iuribus & libertatibus suis, vt supra, conferuare dignetur.



No. I.

*Actum in Piltin in Generali Commissione a Sacra Regia Maie-
state & Vniuersis Reipublicae Poloniae Magnique Ducat-
us Lithuaniae Ordinibus per Publicam Comitiorum Regni
Generalium Varſauienſium, proxime praeteritorum Le-
gem & Constitutionem Sancita feria sexta poſt Feſtum
Circumciſionis Chriſti Domini proxima, Quarta Ianuarii,
Anno Miſleſimo Sexcenteſimo Octuageſimo Sexto. Coram
Illuſtriſſimis Dominis Ioanne Kos, Caſtellano Liuoniae,
Capitaneo Oſtroleceſi; Andrea Gelgud, Notario M. D. L.
Capitaneo Szadouieſi, Michaële Laſocki, Suc-Camera-
rio Viſſogrodieſi, Capitaneo Lubochnen. Olbrachto
Adriano, in Brzezyny & Brochow Laſocki Capitaneo
Terraе Viſſogrodieſis, Ioanne Andrea Plater, Capi-
taneo Liuoniae, & Dineburgieſi, a Sereniſſimo & Potent-
iſſimo Principe IOANNE III. DEI Gratia Rege Polo-
niae, Magno Duce Lithuaniae, Ruſſiae, Pruſſiae, Maſo-
uiaе, Samogitiaе, Liuoniae, Smolenſciae, Kiiouiae, Podo-
liae, Vołhyniae, Podlachiae, Seueriae, Czerniechouiaeque
& Vniuerſa Republica Poloniae, Magnique Ducatus
Lithuaniae Authoritate Generalis Varſauieſis Conuen-
tus proxime praeteriti Piltinam in Episcopatu Piltinieſi
ſeu Curonieſi ſitam, per legem publicam Ablegatiſ Com-
miſſariis. In praeſentia Magnificorum, Generoſorum, No-
bilitum, & Reuerendorum, Chriſtophori Henrici Puttkam-
mer, Baronis, ſupremi Praeſecti & Conſiliarii Ducatus
Curlandiae, Friderici Brakel, Cancellarii, Nicolai
Chwałkowski, Ordinarii in Curia Regiae Maieſtatis Re-
ſidentis, Gosler, Illuſtriſſimi & Ceſſiſſimi Principis ac
Domini, Domini in Liuonia Curlandiae & Semigalliae
Ducis*

Ducis Consiliariorum, Nicolai Blumberg, supremi Piltinensis Capitanei, Szoge, Capitanei Grobinensis, Christophori Henrici Fingh, Auaristi Lasocki, Castellanae Zacrocimensis, in Exercitu Regni hastati Comilitonis, Adami Francisci Lasocki, Capitaneidae Vissogrodiensis, Ioannis Bromierski, Stanislai Swietowski, Adami Debowski, Andreae Zdanowski, Christophori Debowski, Iacobi Francisci Krzyzanski, Theologi Presbyteri, Feliciani Pukien Clerici, aliorumque plurimorum Nobilium pro praesenti Commissoriali Actu Congregatorum, & Prouidi Georgii Vrniasz, Ministerialis Regni Generalis Authentici & Iurati.

In Termino ex vi Legis publicae & determinatione Comitiorum Regni Varfauiensium proxime praeteritorum & ex Literis Innotescentiarum tempestiue editarum & ad Indubitam Notitiam Illustrissimi & Celsissimi Ducis Curlandiae ac omnium Nobilium deductarum & Actis Castrensibus Dineburgensibus die 12. Mensis Septembris Anno proxime praeterito connotatarum in diem hodiernum incidenti & legitime prouenienti. Illustrissimi D. D. Commissarii per Ministerialem Regni Generalem, Prouidum Georgium Vrniasz, Authenticum & Iuratum, Commissioni adstantem. Actu Commissoriali solenniter ad sonum Tubae publicato & proclamato Jurisdictionem Commissorialem Officio suo competentem iuxta Iuris Publici praescriptum, fundauerunt. Et eodem instanti ad connotationem Actorum Commissorialium de medio Commissionis Magnificum Dominum Olbrachtum Adrianum Lasocki, Capitaneum Terrae Vissogrodiensis, elegerunt, & deputauerunt, ac iuxta Statutum

tutum M. D. L. & recentem Ordinationem Liuoniae, in Anno millesimo sexcentesimo septuagesimo septimo in legibus expressam, per superscriptum Ministerialem, itidem ad sonum Tubae prima vice Actum Commissorialem & fundatam Iurisdictionem proclamari demandarunt, prout effectualiter Officio suo, is idem, Ministerialis se satisfecisse, retulit, & recognouit. Tenor literarum Innotescentialium sequitur, & est talis:

Nos Alexander Kotowicz, Episcopus Vilnensis. Michaël in Radzieiowice Radzieiowski, Episcopus Varmiensis, Pro-Cancellarius Regni. Petrus Pac, Capitaneus Samogitiae. Adalbertus Brzeza, Castellanus Posnaniensis. Ioannes Kos, Castellanus Liuoniae. Felix Pac, Suc-Camerarius. Eustachius Kotowicz, Referendarius. Andreas Casimirus Gielgud. Casimirus Pac, Eques Melitenensis, Notarii Magni Ducatus Lithuaniae. Stanislaus Szczuka, Regens Cancellariae Regni. Michaël Lafocki, Suc-Camerarius. Albrachus in Brzeziny & Brochow Lafocki, Capitaneus Vissogrodiensis. Andreas Plater, Liuoniae & Dineburgensis Capitaneus. Alexander Ioannes Mofiewicz, Marschalcus Lidensis. Vladislaus Sokolowski, Suc-Camerarius Liuoniae. Casimirus Dąbrowski, Subdapifer Vilnensis, a Sacra Regia Maestate & tota Republica, in Comitibus proxime praeteritis, ad Cognitionem Iurium Episcopatus Curoniensis, alias Piltinensis, in Ordine ad eximendum eundem Deputati Commissarii. Vobis omnibus & singulis praecipue Illustrissimo CASIMIRO FRIDERICO, Duci Curlandiae, & Semigalliae, Generosae & Nobili Annae Sybillae Maydellowa Viduae, protunc Piltinensi Tenutrici, caeterisque, omnibus Bonorum Epis-

Episcopatus praedicti qualicunque Iure & praesertim Hypothecario Possessoribus, ac aliis quibuscunque Ius & Interesse aliquod ad eadem Bona habentibus, vel habere praetendentibus, quorum omnium & singulorum Nomina & Cognomina cum Titulis competentibus, hic pro expressis haberi volumus; Innotescimus ac praesentibus Literis significamus, atque ad indubitata notitiam cuiuscunque deferimus. Quia nos a S. R. Maestate cum toto Conuentu Regni ac M. D. L. per Constitutionem Regni assignati; quatenus pro die quarta Ianuarii Noui Calendarii Anni proxime futuri absentia nonnullorum minime obstante ad oppidum Piltin descendentes ibidem in Iura ac Priuilegia, tam Illustriissimi Ducis Curlandiae, quam Nobilium, Bona praenominati Episcopatus tenentium introspiciamus, de illisque nos perfectissime informemus, Exemptionem illorum cognoscamus, differentias, difficultates omnes, si quae occurrerint, complanemus, vel ad minimum facitemus, hisque omnibus peractis, pro finali Decisione, Determinatione atque ultimaria Executione, causam cum suo effectu ad Sacram Regiam Maestatem differamus: Vobis omnibus & singulis, Bonorum Piltinensis, alias Curonensis Episcopatus Possessoribus ac Tenentariis Authoritate Nostra Commissoriali per Sacram Regiam Maestatem & legem nouellae Constitutionis nobis concessa mandamus; quatenus coram nobis, & Iudicio nostro Commissoriali Piltini die quarta Ianuarii Anni millesimi sexcentissimi octuagesimi sexti personaliter legitime ac peremptorie compareatis, Iura & Priuilegia ad Bona Episcopatus Piltinensis in Possessione vestra existentia producat, quid, & quantum, & a quo tempore quisque, quod exemptioni subiacet, aut alio quouis Iure possidet,

fidet, demonstretis, & plenissime nos de omnibus informetis, caeteraque pro causae exigentia dici, inferri & sententiarum audiatis certificantes eosdem, quod, siue in dicto termino comparuerint, siue non, nos nihilominus iuxta contenta Constitutionis procedemus, negotium nobis commissum expediemus, atque Contumacia vestra non obstante, id, quod iuris erit, statuemus & decernemus. In quorum fidem praesentes Innotescentiales manibus nostris subscripsimus, sigilloque quilibet proprio muniri mandauimus. Datum in Residentiis nostris die tertia Augusti. Anno millesimo sexcentesimo octuagesimo quinto. Alexander Kotowicz, Episcopus Vilenensis manu propria; Michaël Radzieiowski, Episcopus Varmienensis, Procancellarius Regni, mpp; Albertus Constantinus Breza, Castellanus Posnaniensis, mpp; Ioannes Kos, Castellanus Liuoniae, Capitaneus Ostrolęcensis, mpp; Eustachius Kotowicz, Referendarius M. D. L. Scholasticus Praelatus Vilenensis, manu propria; Felix Ian Pac Podkomorzy W. X. L., mpp; Casimirus Michaël Pac, Eques Melitenensis, Commendator Posnaniensis, Supremus M. D. L. Notarius, Sacrae Regiae Maiestatis, & Reipublicae Commissarius, manu propria; Michaël Lafocki, Succamerarius Vifogrodienensis, Sacrae Regiae Maiestatis & Reipublicae Commissarius, mpp; Olbrachtus Adrianus Lafocki, Sacrae Regiae Maiestatis & Reipublicae Commissarius, mpp; Stanislaus Szczuka, Regens Regni Cancellariae Commissarius, manu propria; Omnium, qui praesentes Innotescentiales Literas subscripserunt, Sigilla Particularia sunt impressa.

Die Sabbathiuo, quinta Ianuarii Illustrissimi Domini Commissarii in loco ad actum designato Commissorialiter seden-

sedentes iterum iuxta statutum Lithuaniae & Liuoniae nouissimam Ordinationem, per Ministerialem Regni Generaliorem praedictum ad sonum Tubae fundatam Iurisdictionem Commissorialem publicari & proclamari mandauerunt, qui Ministerialis iuxta mandatum ad notitiam omnium proclamationem voce praekonica deduxisse recognouit. Plenipotentiaro autem Illustrisissimi & Reuerendisissimi Domini Nicolai Poplawski, Episcopi Liuoniae ac Piltinensis, siue Curoniensis, Reuerendo Feliciano Pukien, personaliter in Actu Commissoriali comparenti, & Plenipotentiam, in Actis Consistorii Warsauiensis recognitam, producenti, tunc primum post tertiam singulis diebus Iurisdictionis Commissorialis proclamationem die septima Ianuarii inferre Priuilegia, Iura, ac Documenta super Episcopatu Piltinensi Authoritate Commissoriali iniunxerunt, & Denuntiationem vniuersalem fundatae Iurisdictionis, per speciale Rescriptum, omnibus notificari fecerunt; cuius Rescripti tenor sequitur, estque talis:

Nos Commissarii Sacrae Regiae Maiestatis, & Vniuersae Reipublicae Poloniae, Magnique Ducatus Lithuaniae per publicam Legem Comitiorum Warsauiensium proxime praeteritorum Deputati, notum facimus Incolis Districtus Piltinensis generaliter Vniuersis cuiusuis sexus, praeeminentiae, & conditionis. Quia die hesternae iuxta tempus in Constitutione Regni descriptum in Ciuitate Piltin Commissorialem Iurisdictionem fundauimus, & eandem ad sonum Tubae per Ministerialem Regni Generalem publicari, & proclamari fecimus, ac ad connotationem Actorum Commissionis de medio nostri Magnificum Capitaneum Wisogrodiensem elegimus & deputauimus.

putauimus, vltcriusque iuxta contenta Constitutionis progredi decreuimus; quapropter praesentibus ad notitiam deducimus: Vt omnes personae interessẽ ad praesentem Commissionem habentes, peremptorie coram nobis Commissariis compareant, & iura sua generaliter tam ad Districtum Piltinensem, quam particulariter ad Bona Particularia producant, & ignorantiae in praemissis occasionem non habeant. In quorum fidem praesentes Magnifico Actus Notario subscribere commisimus. Datum in Piltin die Sabbathiuo post Festum Circumcisionis Christi Domini proximo. Anno eiusdem millesimo sexcentesimo octuagesimo sexto. Sigillum Magnifici Capitanei Visogrodiensis impressum. Olbractus Adrianus Lasocki, Capitaneus Terrae Visogrodiensis, Sacrae Regiae Maiestatis & Reipublicae Commissarius, & electus Commissionis Notarius, manu propria. Quod Rescriptum superscriptus Ministerialis Regni Generalis ad valuas Castrı Piltinensis, & diuersoriorum Illustrissimi & Celsissimi Ducis Curlandiae Ministrorum, ac Consiliariorum, tum Nobilium multorum, pro Actu Commissionis congregatorum applicauit, & ad indubitatam Notitiam per proclamationem, alta, & sonora, voce praeconica, Instrumentum superscriptum deduxisse, & notificasse recognouit.

In crastino Festi Sanctorum Trium Regum die, septima Mensis Ianuarii, Illustres & Magnifici Dolini, Castimirus Michaël Pac, Notarius Magni Ducatus Lithuaniae, Eques Melitensis, ac Vladislaus Sokołowski, Succamerarius Liuaniae, Seueyscensis & Visaiuensis Capitaneus, Sacrae Regiae Maiestatis & Reipublicae itidem Commissarii, personaliter in Actu Com-

Commissoriali comparentes, numerum Commissariorum auctiorem fecerunt; & post tertiam Ministerialis Regni ad sonum tubae fundatae Iurisdictionis proclamationem, ex mandato Commissionis praestitam, prout Ministerialis, eandem publicationem se fecisse, recognouit.

Illustrissimus & Reuerendissimus Dominus Nicolaus Popławski Episcopus Liouoniae, Piltinensis, seu Curoniensis, personaliter coram Illustrissimis Commissariis comparens, produxit literas pargameneas, duplici Sigillo consignatas, manibus Notariorum Apostolicorum subscriptas, saluas, & illaefas, atque omni suspicione carentes, Bullas Sanctae Sedis Apostolicae Sanctissimi Innocentii Papae XI. continentes: ex quarum tenore, se ad duplicem Episcopatum, Liouoniensem, atque Piltinensem, seu Curoniensem ex Nominatione Serenissimi Poloniarum Regis per Sanctam Sedem Apostolicam, cum Iurisdictione supra omnes Ecclesias Catholico-Romanas, in Liouonia, atque Curlandia, tum & Semigallia consistentes, prouisum atque confirmatum esse probauit; ac vigore Nominationis Serenissimi Regis, & Confirmationis a Sancta Sede Apostolica obtentae, sibi, vti Episcopo Piltinensi, petiit Episcopatum Piltinensem, qui nunc Territorium seu Districtus Piltinensis appellatur, adiudicari, ac in Possessionem realem, plenariam, & pacificam, cum omni Iure, Dominio, proprietate, Iurisdictione, Castra, Oppida, & Bona Episcopalia, omnia, Authoritate praesentis Commissionis Sacrae Regiae Maestatis totiusque Reipublicae tradi, & realiter attribui; iamque amplius non Districtum, sed Episcopatum Piltinensem, quo Titulo semper gaudebat, eumque in variis Historiis, Transactionibus,

bus, semper obtinuit, maxime, cum iam Episcopum proprium, verum, & legitimum habeat, Auctoritate Suprema Commissoriali nominari, intitulari, atque appellari.

p. 6. Ad vltiorem probationem Iurium, ad praefatum Episcopatum habitorem, produxit, ex Actis Metricae Regni Transumptum Status Episcopatus Piltinensis, ab Illustrissimo, & Reuerendissimo, olim Ottone Schenking, Episcopo Vendenfi, fideliter conscripti, & succesfue Actis Maioris Cancellariae Regni inferti de Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto, sub Actu Sabbathi magni, sub Rege Poloniae Vladislao; ex quo instrumento deduxit, qualiter, circa Annum millesimum quingentesimum quinquagesimum nonum¹, Antecessor suus, Episcopus Piltinensis, alias Curoniensis, vel Curlandiae Ioannes a Möninkhausen, contracta Haeresi, & Vxore ducta, Episcopatum in summa pecuniaria, Triginta Millium Talerorum Imperialium, Daniae Regi oppignorauit, cuius postea Possessionem, Rex ad Fratrem Magnum, Olfatae Ducem, transtulit. Qui Magnus post modum, cum Liuoniam totam, bello Moschouitico oppressam, Magister Ordinis Teutonici Gotthardus, Sigismundo Augusto, Regi, Regnoque Poloniae, ac Magno Ducatui Lithuaniae subiiceret; proptereaque Ducatum Curlandiae Iure Feudi (non includendo tamen Episcopatum) obtinuisset, ipse quoque sese Episcopatumque suum Regi Poloniae subiecit. Mortuo Magno, Episcopatus Piltinensis Possessore, e vestigio Daniae Rex, Episcopatum, vi Hypothecae ad se spectantem, repetere contendit. Rex autem Poloniae, Stephanus, Dominio suo subiectum, & ad Rempubicam, vi subiectionis pertinen-

tinentem, vindicare statuit, idque strepitu armorum: ad quae auertenda, interueniente Marchione Brandenburgico, atque summam Triginta Millium Talerorum Regi Daniae pro Stephano Rege numerante, Episcopatus Piltinensis a Rege Daniae ad Stephanum Regem Poloniae delatus est; tantisper tamen in manibus Marchionis Brandenburgici, ob enumeratam pecuniam, modo Hypothecario remansit, & successiue ad manus Generosorum Maydelliorum transiit, atque huc vsque in manibus illorum manet, praeter varios Nobiles, Bona reliqua possidentes, cum addita semper clausula, Iuribus Regalibus, Episcopalibus, & Capituli per omnia saluis manentibus.

His succincte ex authentico Documento idem Illustrissimus, & Reuerendisissimus Episcopus prolatis subiunxit petitionem priorem: Quatenus hic Episcopatus, vti inique ab antecessore suo ab Ecclesia Catholica Romana auulsus, sibi, vti Episcopo legitimo, restituendus declaratur, cum ea declaratione, quod iuxta Ius cuiusque Possessoris, habebit omnium rationem, respectum, ac iustitiam seruabit, cum ratihabitione Sacrae Sedis Apostolicae, eiusque Nuntii, in Regno Poloniae commorantis.

Insuper produxit Tractatum, seu Pacta, inter Serenissimos Stephanum Poloniae, & Fridericum Daniae Reges, inita Anno millesimo quingentesimo octuagesimo Tertio, die vigesima octaua Februarii; in qua Transactione conditiones seu clausulae hae reperiuntur.

Prima. Subditorum istius Episcopatus Piltinensis seu Curoniensis Iura, Libertates, ac Priuilegia legitime obtenta, atque vsurpata a Serenissimo Poloniae Rege, Autoritate & consensu Senatorum accedente, confirmantur: Et si successu temporis ista Diaecesis quocunque Iure ad aliquos

quos' peruenerit, integra conferuari debent. *Secunda.* Incolis istius Episcopatus, tam Nobilibus, quam Oppidanis, liberum Augustanae Religionis Exercitium permittitur, pari cum subditis Ducatus Curlandiae libertate.

Tertia. Si quis, vel emptionis, vel Hypothecae, aut pignoris Titulo possideat, sine legitima Iuris cognitione ex Possessione deturbari non debet, sed in ea tantisper conferuabitur, donec de Iure legitimo fiat cognitio.

Quarta. Eius Episcopatus Nobiles, & subditi, si quo Iuramento Regi Daniae obstricti erant, absoluti sunt, & Serenissimo Regi Poloniae nouo Iure iurando obstringi debent; Qui & Regiae Maiestatis Successoribus vti naturalibus Dominis, nec non Poloniae Regno omnem fidem, obedientiam, & subiectionem praestare tenentur.

Quinta. Contributionibus, exactionibus, vectigalibus inusitatis, extraordinariis & a reliquis Ordinibus Poloniae Regni non laudatis eius Episcopatus subditi minime aggrauari debent; sed eadem, quae caeterorum Regni Poloniae Incolarum, debet haberi ratio: ita tamen, vt ab omnibus huiusmodi exactionibus, seu contributionibus, per quinquennium, liberi esse debeant. Tempore autem exacto, communi cum reliquis Regni subditis forte censentur.

Sexta. Serenissimus Rex Daniae vigore istius Transactionis recepta Summa Triginta Millium Talerorum Imperialium ab Illustrissimo Georgio Friderico, Marchione Brandeburgensi, in Prussia Duce, Serenissimo Poloniae Regi, totique Reipublicae Episcopatum Piltinensem realiter tradidit, & de Iure suo cesstit.

Ex harum conditionum productione manifeste deduxit Episcopatus Diaecesis denominationem, ac titulum. Insuper exinde allegauit, quomodo Episcopatus

Pilti-

Piltinenfis subfit Regiae Maieftatis totiusque Reipublicae Ordinationi, Dispositioni, & Ius vindicandi huiusmodi Episcopatum illi competere, cui Rex atque Respublica illud contulerit. Cum itaque sibi & per collationem praefati Episcopatus, & per Constitutionem Regni hoc Ius attributum fit, institit idem Illuftriffimus & Reuerendifsimus, hoc nunc adiudicandum cenferi per Actum praefentis Commiffionis.

Praeterea idem Illuftriffimus, & Reuerendifsimus Confenfum Sereniffimi olim Sigismundi III. Poloniae Regis, Illuftriffimo Balthafaro Bathoreo, fuper redimendo ifto Episcopatu, Anno millefimo quingentefimo octuagesimo octauo, die tertia Mennis Iunii produxit tenoris fequentis: *Cum Bona Episcopatus Curoniensis, quae antea ab Illuftriffimo olim Principe, Magno, Holfatiae Duce, poffeffa effent, nunc ab Illuftriffimo Principe, Domino Georgio Friderico, in Pruffia Duce, in certa pecuniae summa a Sereniffimo Daniae Rege, qui Fratre Magno mortuo, controuerfiam de his mouerat, redempta poffideantur, vt eadem pecuniae summa idem Illuftriffimus Balthafar Bathori commemorata Bona redimat, eademque ad extrema vitae suae tempora poffideat. Iuribus tamen Noftis Regalibus & Reipublicae faluis in his manentibus.* P. 8.

Item & alium Confenfum eiusdem Regis, Illuftriffimo Duci Curlandiae, fuper eximendo fimiliter eodem Episcopatu datum, Anno millefimo quingentefimo fe-
xagesimo primo, die decima octaua Iulii reproduxit, cum exprefse appofita claufula: faluis Iuribus Noftis Reipublicae, & Ecclefiarum Catholicarum ibidem manentibus.

Ex praesentatione praedictorum Consensuum intulit, quod dispositio de Episcopatu Piltinenfi integerrime semper ad Reges Poloniae, & Rempublicam pertinebat. Deinde, quod, qualescunque mutationes Possessionis illius Hypothecariae interueniebant, vel interuenire debebant, semper addebantur clausulae: Saluis Iuribus Reipublicae, Episcopatus & Ecclesiarum Catholicarum.

Exhibuit insuper Constitutionem Regni, de Anno millesimo sexcentesimo nono, per quam Illustrissimo Duci Curlandiae, Guilhelmo, facultas conceditur eximendi Episcopatum hunc, ab Illustrissima Vidua, Sophia Anspachiana, cum hac tamen expressa clausula, vt exemptum non alio possideret Iure, quam Hypothecario. Tenor Constitutionis praedictae hic est. Sub titulo: *Xiążetá Ichmość Kurlándfskie. Za wielkie, y przeważne, przećiwko nam, y te Rzeczypospolitey posługi, ktore Xiążetá Ichmość Kurlándzskie, przez te wszystkie Instantskie expeditie, z wielką odwagą Osób swych, á szkoda Xieństwá, y dostatkow własnych czynili: Pozwalamy Piltinski Powiat z tey ktora jest summy u Xieźney Ieymości Anszpáchowey wykupić, y za takimże Prawem trzymać, za jakim od pomienioney Xieźny Ieymości dotąd był trzymany.*

Produxit praeterea Ordinationem Reipublicae, ratione Districtus Piltinenfis in Comitii Regni Anno millesimo sexcentesimo vndecimo factam, his formalibus, sub Titulo: *Powiat Piltyńfski. Szlachtę Powiatu Piltyńskiego przy dawnych wolnościach ich; á z strony czynienia sprawiedliwości między niemi samemi, przy dawnych zwyczajach, jáko do tąd byli, zostawujemy: W czym Xiążetá Ichmość Kurlándzscy, ktorzy ná wykupienie Starostw, w Powiecie Piltyńskim wolność mają, nie derogowac y w odprawowaniu Sądów,*

dow, na mieyscach zwykłych, żadnego impedimentu czynić nie mają. Wszakże Appellacye, od Sądow ich, do nas, y Sądu Naszego, a nie gdzie indziey, iść mają, tak jako sprawy Sądowe Inflantkie.

Praesentavit insuper Responsum Regis Vladislai, Illustrissimo Friderico, Curlandiae Duci, datum Vilnae die vigesima secunda Mensis Iulii, Anno millesimo sexcentesimo trigesimo tertio, his formalibus: *De Districtu Piltinensi nihil in Praesentia a Sacra Regia Maestate decerni potest, nec Iure Feudi, Illustrissimo Duci, sine Ordinum Regni Consensu tradi &c.* Simile Responsum demonstra- p. 9.
uit, eiusdem Regis Vladislai, sub Actu Varaviae Anno millesimo sexcentesimo trigesimo septimo Ablegatis Illustrissimi Ducis datum his verbis: *De negotio adiungendi Districtus Piltinensis Curlandiae Ducatui, cum sit res, de qua priuata auctoritate Sacra Regia Maestas statuere non possit, futuris id Comitibus tractandum reliquit.* Ultra haec demonstra-
uit Constitutiones duas: Primam, in Comitibus in Anno millesimo sexcentesimo sexagesimo primo: Secundam, in Anno millesimo sexcentesimo sexagesimo septimo; In quibus dum Commissiones instituebantur inter Illustrissimum Ducem Curlandiae, & Nobilitatem Piltinensem, expresse additum reperitur: *A zebyto nie praeiudicowało Iuribus Ecclesiae Catholicae Romanae. Ciż Commissarzenasi, w Prawá o Biskupstwo Piltynskie in ordine ad eximendum weyżrza. Toż właśnie iest, y w drugiey.*

Ex his omnibus, pluribus aliis referuatis luce meridiana clarius probauit. *Primo.* Quod dispositio de Episcopatu Piltinensi integerrime ad Reges Poloniae, & Republicam pertinebat. *Secundo.* Quomodo iam a pluribus Annis Reges Poloniae, & Respublica vindicationem

istius Episcopatus, atque emanibus dissidentium liberationem intendebat, sed artibus dissidentium Commissionis praefatae semper disturbabantur. *Tertio.* Quod nulum Ius ratione Feudi Illustrissimis Ducibus ad Episcopatum Piltinensem competat. Denique quod, qualescunque mutationes Possessionis Hypothecariae circa praefatum Episcopatum interueniebant, vel interuenire debebant, addebantur clausulae: Iuribus Reipublicae saluis, Episcopatus, & Ecclesiarum Catholicarum.

Demum produxit Protestationem, Nomine Illustrissimi & Reuerendissimi olim Georgii Tifzkiewicz, Episcopi Samogitiae, vti vicinioris. Piltinensi Sede vacante, Administratoris ipsius, per Reuerendissimum Paulum Puzyna in Actis Metrices Regni, sub Actu Sabbathi Magni Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto, ratione Bonorum Piltinensium factam. Quae protestatio continet illud, quod supra illatum: Quod quotiescunque retroactis temporibus Episcopatus Piltinensis, siue Curoniensis, in Possessionem Secularium de Consensu Serenissimorum Regum Titulo Hypothecae perueniebat, semper literae Consensus super redimendo huiusmodi Episcopatu, a Serenissimis Regibus concessae hanc expressam continebant clausulam, videlicet: *Saluis Iuribus Nostri Regalibus, Reipublicae, & Ecclesiarum Catholicarum ibidem manentibus.* Ex cuius Instrumenti productione p. 10. duo specialiter intulit Illustrissimus & Reuerendissimus Episcopus. *Primum.* Ecclesiae Catholicae Romanae in Piltinensis Territorio immunitates semper praecustoditas. *Alterum.* Quod Illustrissimus Samogitiae Episcopus vacante Sede Piltinensi, habuerit se ad Episcopatum Piltinensem, tanquam Administrator, ex ratione Vicinitatis.

tatis. Hinc est, quod & in Transactione posteriori Serenissimi Regis, cum Illustrissimo Duce Curlandiae, vbi submisit se Illustrissimus Dux erigere in Curlandia duas Parochiales Ecclesias, Nitauiae, & Guldingae, ad easque Parochos praesentare Illustrissimo Episcopo Samogitiae, additur, tanquam viciniori. Non aliter namque tunc fieri potuit, vacante Sede, nisi vt Illustrissimus Episcopus Samogitiae Ecclesiarum in Curlandia Catholicarum, curam & Regimen haberet, de Iure communi tanquam Vicinior. Nunc autem, quando ad nominationem Sacrae Regiae Maestatis Sedes Apostolica praefecit, & postliminio reduxit, verum legitimum Curoniae Episcopum, administratio Vicinioris cessare debet, & ad Episcopum Ius omne Regiminis deuolui; Prout ipsemet Illustrissimus modernus Episcopus Samogitiae, (vti literae illius manifeste edocent) renunciauit.

Denique ad probandum, quod iuste Episcopatum Piltinensem cum omnibus attinentiis adiudicari sibi possulet, exhibuit Authentica aliquot documenta retroactorum temporum, quibus ostendit: Quod, quotiescunque Episcopatus Piltinensis, ab vno, ad alium transferebatur expressa mentio omnium attinentiarum fiebat. Quod patet ex Decreto Commissoriali Regio in Anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, vltima Ianuarii in suburbio Arcis Piltinensis prolato, quo tunc dabatur potestas redimendi Episcopatum Illustrissimo Friderico, Duci Curlandiae, ab Illustrissimo Georgio, Marchione Brandeburgico, vbi haec expresse habentur: *Arcem ipsam Piltinensem, & vniuersa Bona Episcopatus olim Curoniae, nunc vero Territorii eius Vasallos, & subditos accepta pecunia*

triginta millium Talerorum, Illustrissimo Friderico, Duci Curlandiae, tradat. Idem deduxit ex producto Instrumento Iuris aduitalitii, dato in Personas Illustrissimi Marchionis Brandeburgici, eiusque Coniugis, Sophiae Anspachianae per Sigismundum III. Poloniae Regem, de Anno millesimo quingentesimo nonagesimo octauo, decima tertia Mensis Aprilis: In pacifica eius Districtus Possessione utrumque Coniugem, cum plena in memorato Tractu Iurisdictione, cum omnibus fructibus, redditibus, utilitatibus, ac Iuribus conseruamus.

Insuper produxit Authenticum Decretum Commissariorum Sacrae Regiae Maiestatis, in Anno millesimo sexcentesimo decimo septimo, octaua Aprilis latum, in quo, tradendo Piltinensis Tractus Bona, Sophiae, Viduae p. II. Anspachianae, eaque de Possessione Illustrissimi Ducis Curlandiae, repetendo, cum his formalibus: *Illustrissimae Aetrici Districtum Piltinensem vna cum omnibus pertinentiis, fructibus, prouentibus omnibus, ad Districtum eundem spectantibus, adiudicauimus, & adiudicamus.*

His coram Illustrissimis Commissariis productis, idem Illustrissimus & Reuerendissimus Episcopus, praenominatum Episcopatum Piltinensem sibi a Sacra Regia Maiestate per Nominationem, & praesentationem Sacrae Sedi Apostolicae collatum, cum omnibus eius attinentiis, praerogatiuis, immunitatibus, sibi adiudicari; Sacrae Regiae Maiestatis Regnique Poloniae, & Magni Ducatus Lithuaniae directo, & immediato Dominio subiectum, & vindicabilem declarari; Illum a possessoribus impertinentibus deoccupari; In reliquorum Iura penitus introspici, vel si illa praesentare & exhibere neglexerint, pro conuictis, & in causa succumbentibus declarari; Sicque omnia

omnia trutinata, perpenſa, decifa, pro approbatione & confirmatione ad Sacram Regiam Maieſtatem, cum praeſcriptione Terminum, per Actum praefentis Commiſſionis remitti.

Post exceptas ex parte Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Episcopi Liuoniae, & Piltinenſis, ſive Curoniensis probationes, & Iuris deductiones, viſum eſt Illuſtriſſimis Commiſſariis, alterius quoque Partis, ac inprimis Illuſtriſſimi, & Celiſſimi Ducis Curlandiae rationes Iuraque praetenſa introſpicere: Quae cum ſint Typis impreſſa, & per Generoſum Nicolaum ChwaſkowiKi, Reſidentem ſuae Celiſtudinis in Aula Regni Ordinarium Illuſtri & Magnifico Domino Andreae Gielgud, Notario M. D. Lithuaniae pro tunc in Comitibus Regni Generalibus, proxime praeteritis, Equeſtris Ordinis Marſchalco, exhibita, & per Conſtitutionem Regni Publicam diſquiſitioni modernae Commiſſionis demandata, ea omnia punctatim Illuſtriſſimi Commiſſarii trutinauerunt, & diſcuſſerunt. Quandoquidem autem Illuſtriſſimus Dux, ratione primaeuae ſubiectionis, Diuo Sigismundo Auguſto factae, Ius quoddam ſibi ad Episcopatum Piltinenſem praetendere videtur; ideo ante omnia ad lectionem Pactorum ſubiectionis Illuſtriſſimi olim Ducis Gotthardi descenderunt, in quibus cum expreſſe omnes Arces Domui Ducali attributae ſpecificentur, nullam Donationem, aut infeudationem Episcopatus Piltinenſis reppererunt. Neque a Diuo Sigismundo dari & conferri Ducibus Curlandiae potuerat id, quod ſuae poteſtatis & Poſſeſſionis tum non erat. Requiſitum vero per Tractatus Pacis cum Rege Daniae initos, dictum Episcopatum Diuus Stephanus ſuo, Regnique Poloniae directo, & immediato Dominio attri-

p. 12. attribuit, iisdemque Pactis cum Rege Daniae expresse disquisitio Iurium vtriusque Regum super Piltinam interdita; ita vt Rex Poloniae, nouo potius, & cesso sibi a Rege Daniae Iure dictum Episcopatum possideat. Ideoque Sigismundus Augustus in antecessum dare non potuit, quod postea Stephanus Rex acquisiuit. Et si dandum Ducibus Curlandiae ex aliqua obligatione fuisset, Rex Stephanus, non Sigismundus Augustus, dedisset. Sed neque Stephanus Rex, neque alii succedanei Reges dare potuerunt, obstantibus Pactis, cum Rege Daniae initis, quae aliquomodo violari viderentur, si Donatio Sigismundi Augusti valeret, iniusti Belli pro Piltina suscepti Rex Daniae notaretur. Sed Sigismundus Augustus, vti prudentissimus Princeps non dedit Domui Ducali Episcopatum, permutationem tantum eius, pro Sonenburga Arce, Curiis Leal, & Madzel, suasurum Magno Duci, & curaturum promiserat, vti effectualiter suasit, & curauit. Sed quia Magnus Dux commutationem dictam non acceptauit, non Regis culpa stetit. Nam vti Regi suadere, & curare, ita Magno Duci non acceptare, integrum fuit. Vnde patet, etiamsi in praesens Episcopatus Piltinensis Duci Curlandiae tribuendus esset, vicissim Dux Curlandiae in commutationem totidem Arces ex Curlandia dare teneretur. Non minus considerandum, quod Dux Gotthardus non tantum Polonis, Lithuanisque certantibus, pro Piltina suppetias ferre renuit, sed etiam studio per Vindauam suae ditionis Arcem Danis transitum ad occupandam Piltinam permisit, Regem Daniae, vti testatur Hedelsteinius offendere non ausus; impofterum vero, vix hortatu Radziuili Ducentos pedites, quasi post bellum, auxilium misit.

Vnde

Vnde infertur, etiamſi aliquod Ius habuiſſet, illud, dum demeruit, perdidit. Ideoque Stephanus Rex ſuo, Regnique directo & immediato Dominio, nulla facta mentione Ducis Curlandiae, a Rege Daniae, dictum Episcopatum resignari procuravit. Considerandum quoque occurrit, quod Farensbachius etiam parem, vti Dux Curlandiae, vindicandi Episcopatus a Dano, obtinuerat a Rege Poloniae conſenſum; ſed cum id ad effectum deduci non potuit, neque Farensbachius, neque eius Succesſores amplius praetenderunt, nec praetendunt dictum Episcopatum. Idem quoque Duces Curlandiae facere tenentur, neque amplius Ius permutationis, quae non ſucceſſit, allegare poſſunt; maxime Pactis Regum Poloniae & Daniae ſecus diſponentibus.

Allegatur pro Parte Illuſtriſſimi Ducis Articulus Pactorum ſubiectionis, quod, quidquid in iſtis Terminis cis Dunam verſus Lithuaniam continetur, & ad Ordinem Liuoniae ſpectabat, nunc & in perpetuum, apud Illuſtritatem ſuam & eius haeredes Maſculos permaneat. Hunc Articulum ſerio & mature conſiderando, limites quidem in Pactis expreſſos ſeruandos Illuſtriſſimi Commiſſarii cenſent, ſed poſſeſſores Bonorum intra hos etiam p. 13. limites ſitos, iuxta eorum Iura relinquendos iudicarunt. Fatentur Illuſtriſſimi Commiſſarii, Episcopatum Piltinenſem intra limites Curlandiae ſitum, non tamen inde ſequitur, eum Duci Curlandiae deberi: ſiquidem de illo aliter Reges Poloniae, & Pacta ſupradicta diſpoſuerunt. Episcopatus Varmienſis intra limites Pruſſiae continetur, Sereniſſimus Elector Brandeburgicus illum ſibi non praetendit. Principatus Orangii in Gallia ſitus: attamen abſoluti illius & ſupremi Domini, Principes Auriaci,

ex Domo de Nassau extiterunt. Sed in iisdem Pactis subiectionis, in quibus Termini Ditionis Ducum Curlandiae specificantur, Piltina Iuri Feudali non subiicitur, imo excipitur, dum Sigismundus Augustus Commutationem Magno, Duci Holfatiae, suafurum promittit.

Allegatur pro Parte Illustrissimi Ducis data Potestas a Republica Friderico Duci acquirendi Iuris Bathorei. Sed expresse per Constitutionem Regni cautum, ut non alio Iure, nisi Hypothecae possideat. Vnde manifeste patet, quod Ius Feudale super Episcopatum Duces Curlandiae nullum habere possunt, siquidem Respublica declaravit, & Dux Fridericus hanc declarationem alacri animo acceptavit, se non alio Iure nisi Hypothecae, possidere posse. Atque hic etiam consensus super exemptionem Hypothecam euanuit, quod abunde Decretum Regis Vladislai IV. edocet, dum incompetentem Actorem Ducem Curlandiae ad exemptionem Episcopatus declarat. Itaque cum nec Iure Hypothecae amplius tenere possit, qua ratione Ius Feudi praetendere audeat? Ex hac occasione allegatur, quod Dux Iacobus ad Ordines Regni sit remissus per idem Decretum ratione suae praetensionis Feudalis. Haec Remissa ad Ordines non dat, neque legitimat Ducis praetensionem. Nam sine villo Decreto licitum cuique in Comitibus petere; sicut vice versa integrum Ordinibus concedere vel negare. Passim in Comitibus varii petunt, sibi Bona Iuris Aduitalitii dari in haereditatem; aliquando obtinent, saepius autem repulsam patiuntur.

Obtenditur, Ducem Iacobum ab Ottone Ernesto Maydellio per Cessionem Ius Hypothecarium, mediante Consensu Ioannis Casimiri Regis, ac infimul renouatio-

ne antiqui Feudi super totum Districtum impetrauiffe. Verum post latum a Vladislao Rege ex feriis vtrarumque Partium controuerfiis Decretum, quo Dux Curlandiae incompetens Actor ad eximendam Hypothecam declaratus; Regis Casimiri priuatus Consensus, & renouatio Feudi, super totum Districtum valere nequit, sine Consensu totius Reipublicae, ad cuius decifionem Rex Vladislaus per Decretum praetensionem Ducis Curlandiae remiserat. Ideoque anteriori tempore Duces Cur- p. 14.
landiae, super eximendum a Bathoreo Ius Hypothecarium, non a solo Rege, sed ab vniuersa Republica Consensum obtinuerunt, qui tamen postea ex rationibus in Decreto Vladislai Regis expressis euanuit.

Quod autem attinet ad Iura Nobilitatis Piltinensis: Constitutiones Regni Anno millesimi sexcentesimi vndecimi, & Commissiones Anno millesimi sexcentesimi decimi septimi expeditas Illustrissimi Commissarii serio considerauerunt, iisque obstantibus, Ducem Curlandiae nec potuisse, nec posse vllos Tractatus priuatim cum Nobilitate, pro alienando, ab immediato Regis, & Reipublicae Dominio, Episcopatu Piltinensi, in scia Republica tractare, aut formare. Ideoque Generosus Dominus Ioannes Viricus Sackien, Iudex Piltinensis, solenniter coram Illustrissimis Commissariis, per Filium suum, & literas protestatus est, se nunquam, vllis Tractatibus, in scia Republica, cum Duce Curlandiae Consensum praebuisse, nec in praesens se eorum Consiliis, quae cum indignitate Regiae Maestatis, & Reipublicae, contra praesentem Commissionem formare audent, adhaerere, quam Protestationem, debitae erga Sacram Regiam Maestatem, & Rempublicam fidelitatis Illustrissimi Commissarii acceptarunt.

Allegationem pro Parte Ducis Curlandiae his formalibus expressam : Sicuti Rex Sigismundus III. formam Iurisdictionis immediate induxit; sic Successor illius Ioannes Casimirus Rex eandem intuitu Pactorum, & Inuestiturarum, in quibus petitorium Principi sacrosancte referuatur, per Priuilegium suum, & Commissarium Iaulofzeuium immutauit, posteriora autem tollunt priora; futilem, & vanam dictam allegationem Illustrissimi Commissarii censuerunt, & censent. Nam quae Sigismundus consentiente tota Republica induxit, Ioannes Casimirus per Priuilegium, nec per Commissarium IaulofzewiKi immutare potuit. Idem est, non fieri, quam, quod illegitime fieri. Ideoque Sacra Regia Maiestas, Dominus Noster Clementissimus ad praesens feliciter Regnans, memor Pactorum Conuentorum de non alienandis Prouinciis, nunquam hoc Negotium, quod ad Vniuersam Rempublicam spectat, sola sua Regia Potestate decidere voluit; sed Commissionem praesentem a Republica deputari fecit: Vti vice versa, ex debita erga Regiam Maiestatem obseruantia Ordines Reipublicae vniuersae decisioni Regiae Maiestatis idem Negotium subiecerunt: Securi, non nisi in fundamento ad praesens Piltinae expeditae Commissionis, & ab eadem sibi exhibitae informationis laturum Decretum. Itaque sine praeuio pari totius Reipublicae Consensu, & absque Commissione ex Comitibus ordinata, omnia, a IOANNE CASIMIRO, & aliis Regibus obtenta inualida censentur.

Quandoquidem autem Vectigalia, Contributiones, & alia Onera Belli, pariter, ac caeteri Incolae Regni, Piltinenses Nobiles, & subditi supportare, vigore Pactorum, cum

cum Dano initorum, tenentur, curam exigendorum Prouentuum iis, ad quos de Iure spectat, relinquimus.

Ratione vero Iuris Hypothecarii Generosis Maydellom, triginta millia Talerorum refundenda Illustrissimi censent, in quantum Ius sufficiens produxerint, quibus persolutis, nullum Ius Aduitalitatis quisquam praetendere potest: siquidem finita Ottonis Maydellii Aduitalitate, ius Hypothecarium solum in posterum, valere Decreto Regis Vladislai decisum. Itaque hoc stante Decreto, si quae Priuilegia super Aduitalitatem emanarunt, ad male narrata obtenta, nullum valorem habitura censentur.

Quantum attinet Nobiles, & Incolas Districtus, seu Episcopatus Piltinensis, Illustrissimi Domini Commissarii ipsorum Statum & Iura indagantes, Libellum cui Titulus: Refutatio Praetensionis Illustrissimae Domus Ducalis Curlandiae in Districtum Piltensem, Typis impressum, in Actu praesenti Commissoriali, praelegi censuerunt; ac ibidem perpensis Iuribus, quoniam omnia documenta, per Nobilitatem collecta, pro interesse tam Nobilium, quam Illustrissimi Ducis, in eodem libello connotata sunt; ideo sufficere in Iudicio Sacrae Regiae Maiestatis eundem producere, & ex eo Status Nobilitatis Piltinensis Constitutionem, ad Informationem Sacrae Regiae Maiestatis, exhibere, satis esse existimarunt, & ab vltiori in praesenti Actu connotatione superfederunt.

Tandem Serenissimi ac Potentissimi Principis ac Domini, Domini IOANNIS III. Dei Gratia Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Liuoniae, Smolensciae, Kiiouiae, Podoliae, Volhyniae, Podlachiae, Seueriae, Czerniecho-

uiaque, & omnium Ordinum Reipublicae, Autoritate Generalium Regni Varfauienſium Comitiorum proxime praeteritorum per legem Publicam delegati Commiſſarii, viſis Iuribus, & ſufficientiſſimis Documentis Authenticis, tam Sacrae Romanae Eccleſiae, quam Illuſtriſſimo Duci Curlandiae, Nobilitatiſque Diſtriſtus Piltinenſis ſeruientibus, & communibus per omnes Circumſtantias penſatis & trutinatis, eo attento; quod Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Episcopuſ Liuoniae ac Piltinenſis, alias Curoniſis, Ius ſuum ad Episcopatuſ Piltinenſem, ſiue Curoniſem tam per Nominationem Sacrae Regiae Maieſtatis, quam per Confirmationem p.16. Sanctae Sedis Apoſtolicae, Bullis Romanis ſufficientiſſime deduxit. Ideo Illuſtriſſimi Domini Commiſſarii eundem Illuſtriſſimum Episcopuſ Liuoniae pro vero, & legitimo Piltinenſi Episcopuſ, ſeu Curoniſi, agnouerunt; Munia Episcopalia per Curlandiam, & Piltinenſem Traſctum, in Eccleſiis Catholicis, locisque ad eas ſpectantibus exercendi Potestatem plenariam, eum habere compere-runt; Bona Piltinenſia, Territorium atque Ditionem Episcopatuſ deinceps appellanda, Ordinationi, Diſpoſitioni Sacrae Regiae Maieſtatis, & Reipublicae immediate ſubieſta, exemptibilia adinuenientes, cum omni Iure, Dominio, attinentiis, & pertinentiis, prout ex antiquo hic Episcopatuſ habuit, eidem adiudicanda eſſe cenſuerunt; Prouentuum, redituum, fundationum, tam Eccleſiae Cathedrali, quam Capitulo ac Capitulari menſae ſerui-entium, vindicandi, eximendi, quae vindicanda, exi-menda erunt, plenariam ſacultatem praenominato Episcopuſ, & non alteri cuiquam, competere; Eaque a Poſſeſſoribus modernis, quales ſunt principaliter, Generoſa
Anna

Anna Sybilla Maydell, cum suis Successoribus, & Celfissimus Dux Curlandiae, post enumeratam summam Hypothecariam, si ad eam Ius competens exhibuerint, vindicanda censuerunt; Ac demum insistendo Constitutioni Comitiorum proxime praeteritorum, causam hanc cum toto effectu, pro approbatione, & finali decisione, ad iudicia Sacrae Regiae Maiestatis remiserunt; Et tam Illustrissimo Duci Curlandiae, quam Generosae Annae Sybillae Maydell, atque Generosis Ioanni, & Theodoro Maydelliis Successoribus, tum & quibuscunque aliis Bonorum Piltinensis Episcopatus Possessoribus Terminum, inhaerendo Ordinationi Commissoriali Anni millesimi sexcentesimali decimo septimo, in Martio, scilicet die decima quinta, huius mensis proxime instantis, in Anno praesenti, vbi tunc Curia Serenissimi degerit peremptorium, amputatis omnibus dilationibus, & diffugiis, sine vlla adcitatione conseruarunt, & praefixerunt, Actus praesentis Auctoritate. Quantum attinet Iurisdictionem, qualiter in posterum sit ordinanda, an videlicet iuxta praescriptum Commissionis Anni millesimi sexcentesimali decimo septimo, in Hasempoth peractae, an Illustrissimo Episcopo attribuenda, Illustrissimi Commissarii, conformando se Intentioni Sacrae Regiae Maiestatis in literis expressae hoc in puncto, decisionem Supremo Sacrae Regiae Maiestatis Iudicio integerrime reliquerunt.

Tenor literarum Sacrae Regiae Maiestatis, cum Explicatione Constitutionis, ratione Iurisdictionis sequitur & est ad verbum talis:

p.17. IAN Trzeći z Bożey Łaski Krol
 Polski, Wielkie Xiążę Litewskie, Ruskie, Pruskie,
 Zmudzkie, Mázowieckie, Inflántskie, Wołhyńskie,
 Kiiowskie, Podolskie, Podláfkie, Smoleńskie,
 Siewierskie, Czerniechowskie.

Wielebni, Wielmożni, Urodzoni, uprzejmie Nam y wiernie
 mili. To jest jedyne Nasze záwfsze, zá dni, y lat
 szczęśliwego Pánowania Naszego usilowanie, wszystkie tru-
 dności tak ab extra, iako ab intra zachodzące do požądanego
 kierowac uspokojenia, y stron przeciwnych ukontentowania.
 Wyświadczyliśmy to, y około Constitucyi ná blisko przeszłym
 Seymie, w sprawie Commisziy Piltynskiej, gdy, z strony Xią-
 żęcia Jegomości Kurlandskiego koniecznie się napierano Addi-
 tamentu takowey clausuli; Salua Iurisdictione Ducis Cur-
 landiae. Tá się zaś zdała wielce praeiudiciofa Ecclesiae
 Catholicae. Chcąc takowe ab vtrinque uspokoić certami-
 na, zdało Nam się, takowym to wyrażic Terminem, nie wda-
 wając się w Jurisdićtię Xiążęcia Jegomości Kurlandskiego;
 Co się ma rozumiec nie asserendo przez to Iurisdictionem
 Illustrissimo Duci Curlandiae: Lecż reseruando cognitio-
 nem, & facultatem Iudicandi, de Iurisdictione praetenfa.
 Co kiedy uprzejmościom, y Wiernościom Wászym wyrażamy:
 Zdrowia dobrego od Pána Boga, onymże życzymy, w Warsza-
 wie die decima quinta Mensis Augusti, Anno 1685. Pá-
 nowania Naszego Roku XII. Infra subscriptum. Do Wie-
 lebných Wielmożnych Urodzonych Commiszarzow Piltynskich.

Tenor Inhibitionis Generosae Annae Sybillae Maydellowa,
 & eius Successoribus sequitur, estque talis.

Nos, Serenissimi ac Potentissimi Principis, Domini, Dn. IOANNIS III. Dei Gratia Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae, Ruffiae, Pruffiae, Masouiae, Samogitiae, Liuaniae, Smolensciae, Kiiouiae, Podoliae, Volhyniae, Podlachiae, Seueriae, Czerniechouiaeque, & omnium Ordinum Regni Poloniae, Magnique Ducatus Lithuaniae, Authoritate Generalium Regni Varfauiensium Comitiorum proxime praeteritorum in Ducatum Curlandiae Episcopatumque Piltinensem per legem Publicam Delegati Commissarii.

Generosae Dominae Annae Sybillae Maydell, tum & Generosis Filiis successoribus Generosi olim Ottonis Ernesti Maydell, Capitanei Piltinensis, notum esse volumus: deuenisse ad Notitiam Nostram, quosdam tractatus, & priuatas transactiones, cum Illustrissimo & Celsissimo Duce Curlandiae, inscia Republica, tam antea, quam in Tractu praesentis Commissionis Sacrae Regiae Maiestatis, & Vniuersae Reipublicae de tradenda Capitaneatus Piltensis Tenuta, Praefato Illustrissimo Duci tractari, & formari. Quod cum fiat cum enormi laesione Iurium Reipublicae, sine cuius expresso Consensu alienationes vllae nec tentari, nec fieri debent; quocirca Authoritate Sacrae Regiae Maiestatis, Reipublicaeque Vniuersae nomine praecauemus, monemus, & mandamus: Vt a praedictis transactionibus desistant, & supersedeant, idque sub poenis in Legibus & Constitutionibus,

I

contra

contra peccantes in Rempublicam seuere fancitis. In quorum fidem praesentes Magnifico Capitaneo Terrae Visogrodiensis, Commissario, & Electo Actus praesentis Notario, subscribere, & Sigillo munire commisimus. Datum in Piltin die decima Mensis Ianuarii, Anno millesimo sexcentesimo octuagesimo sexto. Sigillum impressum, Olbractus Adrianus Lasocki, Capitaneus Terrae Visogrodiensis, Sacrae Regiae Maieftatis, & Reipublicae Commissarius, Electus Notarius Commissionis, manu propria. Quae Authentica Inhibitio per saepe Nominatum Commissionis Ministerialem in Castro Piltinensi in manus Generosae Possetricis Piltinensis est extradita, prout idem Ministerialis recognouit.

Tenor Instructionis per Commissionem Legatis datae ad Illustrissimum & Celsissimum Dominum Dn. in Liuania Curlandiae & Semigalliae Ducem expeditis.

Nos Commissarii Sacrae Regiae Maieftatis, & Vniuersae Reipublicae Poloniae, Magnique Ducatus Lithuaniae, per Publicam Legem Comitiorum Generalium Regni Varfauiensium proxime praeteritorum Deputati.

Ex vnanimi Consensu Magnificos Dn. Dn. Vladislaum Sokołowski, Succamerarium Liuaniae, Seueyscensem & Visaniensem Capitaneum, Concommissarium Nostrum, & Stanislaum Sławogorski, Subdapiferum Podlachiae, Secretarium Regiae Maieftatis, ad Illustrissimum & Celsissimum Ducem Curlandiae & Semigalliae elegimus & deputauimus; quibus puncta infra scripta com-

com-

commisimus. Ac inprimis Illustrissimo & Celsissimo Duci debitum Cultum & Officiorum Nostrorum propensionem, Nomine Nostrae Commissionis, Autoritatem Regiae Maiestatis & Ordinum Spiritualium & Saecularium, totiusque Reipublicae repraesentantis, deferre commisimus.

Accusabunt Magnifici Delegati Nostri Fatorum p. 19. atrocitatem: Quod Ministri oretenus specificandi, Illustrissimi & Celsissimi Ducis, in primordiis Commissionis, ad vociferationes, & tumultuarias acclamationes, Rebellionem Maiestati Regiae, & Reipublicae spirantes, Nobiles nonnullos excitare, & Actum Commissionis infringere, in Personisque Commissariorum, Regiam, & Reipublicae Maiestatem laedere praesumpserint; Et vt tam grauissima laesio compensetur, hicque ausus, per satisfactionem sufficientem, non impune cedat, Nomine Nostro vrgbunt.

Explicabunt Illustrissimo & Celsissimo Duci, factam esse Reipublicae iniuriam, ex eo, quod in praeiudicium Commissionis praesentis, ante, & post Comitium Regni Generalia Varfauientia proxime praeterita, Illustrissimus & Celsissimus Dux Curlandiae Contractus, & priuatas transactiones cum priuatis Nobilibus definire conatus est. Quae, ex quo cum iniuria Reipublicae praecesserunt, robur & valorem habere non possunt.

Demonstrabunt insuper Illustrissimo & Celsissimo Principi Curlandiae: Quia post fundatam Commissorialem Iurisdictionem, die quarta praesentis Ianuarii, iuxta determinationem Reipublicae per Legem publicam factam, iuxta Constitutiones Regni, & usum processerunt, & post tres acclamationes singulis diebus, iuxta Statutum

Magni Ducatus Lithuaniae & Constitutionem Ordinationis Liuoniae praestitas, nunc primum Feria secunda proxime praeterita, Illustrissimum & Reuerendisimum Dominum, Dominum Nicolaum Popławski Episcopum Liuoniae, Piltinensem, seu Curoniensem, cum Priuilegiis, Iuribus, Deductionibus, & Authenticis Documentis, ad Commissoriale Iudicium Illustrissimi & Magnifici Commissarii admiserunt, prout effectualiter iam suas probationes Authenticas infert, & deducit. Et quamuis haec omnia existimamus per Ministros Illustrissimo & Celsissimo Principi delata esse, & post fundatam Iurisdictionem ex Cancellaria Commissoriali Literae Innotescentiales, eo nomine, sunt extraditae: nihilominus ex peculiari affectu & obseruantia, Commissio praefens Regiae Maiestatis, & inclytae Reipublicae, haec eadem iterum, atque iterum, nunc per Magnificos Ablegatos defert, notificat, ac requirit: Vt Illustrissimus & Celsissimus Dux, iuxta praescriptum Constitutionis Reipublicae Iura sua, Priuilegia, & quaeuis Authentica Documenta, Domui Ducali seruientia, per Plenipotentiarios praesentet, & deducat, & tam ignorantiam, quam praecipitantiam in futurum non imputet, nullamque iniuriam ex Decreto Commissionis praetendat.

p. 20 Deducunt Magnifici Domini Dn. Delegati Nostri, quod primo die Commissionis praesentis, statim post meridiem quinque Personae ex gentibus designatae, fundationem Iurisdictionis Commissorialis exhibuerunt; & in tempore, post tres acclamationes, iuxta Statutum Lithuaniae, ac Constitutionem Ordinationis Liuoniae, per triduum factas, Feria secunda proxime praeterita post ad-

aduentum duorum Commissariorum, ad negotia huic Commissioni competentia, Illustrissimi Commissarii accesserunt, & in gratiam Illustrissimi & Celsissimi Principis, & Actus Commissarialis, in hunc diem, negotia protraxerunt.

Praeter haec specialem, nomine Commissionis praesentis, Magnifici Dn. Dn. Ablegati inferent instantiam, ad Illustrissimum & Celsissimum Principem, ex parte Illustrissimi & Reuerendissimi Episcopi Piltinensis, seu Curoniensis, pro vacante Ecclesia Guldingensi: Quatenus Celsissimus Dux non differat, praesentare illi, vti vero & legitimo Ecclesiarum Catholicarum in Curlandia Pastori, subiectum congruum ad praedictam Ecclesiam, pro Parocho instituendum; curamque istius Ecclesiae ac reparationem per se promoueat; & si interim persona praesentanda non occurrit, Illustrissimo & Celsissimo Duci eam recommendaturus est Illustrissimus & Reuerendissimus Episcopus, maxime, cum iam Illustrissimus Episcopus Samogitiae renuntiauerit, per expressas literas, in facie Commissionis praesentis productas, Administrationi Ecclesiarum illarum.

Serenissimus Rex, per literas Authenticas, commendauit ad sustentationem Illustrissimorum Commissariorum, ipsorumque familiarium, & equorum necessaria, ac eam prouisionem sufficienter, & tempestiue intimaui. Quapropter cum eadem Prouisiones porro non sufficiunt, Nostri Magnifici Domini Dn. Ablegati, eo nomine, cum Illustrissimo & Celsissimo Duce conferent, & extraditionem Prouisionum Nomine Publico vrgebunt.

Supplicauit Generofus Dn. Hilzen, vt eum Illuftrifimo & Celfifimo Duci, ipfiusque Caufam commendemus. Ideo Magnifici Domini Ablegati Noftri obnixepetent: Vt Illuftriffimus & Celfiffimus Dux, abfque prorogatione, ipfe eandem Caufam difiudicet, & fublatis Partium diffugiis, per Decretum hocce negotium definire dignetur. Quae puncta per Nofttram Commiffionem hic connotata, Magnifico Domino, Dn. Capitaneo Terrae Vifogrodienfis, Commiffario & Electo Actus Noftri Commifforialis Notario fubfcribere, & Sigillo communire commiffimus. Datum in Piltin die nona Menfis Ianuarii, Anno Domini millefimo fexcentefimo octuagefimo fexto. Sigillum imprefsum. Olbrachus Adrianus Lafocki, Capitaneus Terrae Vifogrodienfis, Commiffarius Sacrae Regiae Maieftatis & Reipublicae, Electus Notarius Commiffionis, manu propria.

p.21.

Demum Magnificis Dn. Dn. Legatis ad Illuftriffimum & Celfiffimum Ducem Nomine totius Commiffionis deftinatis Illuftriffimi Commiffarii Literas Credentiales fubfcripferunt, & fpecialiter commiferunt, vt explicent: Quod Iura & praetenfiones Domus Ducalis & trutinauerunt, & bene difcufferunt, & fi quae adhuc documenta vltiora pro Parte Illuftriffimi & Celfiffimi Ducis habentur, reproducat. Et quoniam nil aliud pro Parte fuae Domus Ducalis coram Delegatis exhibuit, nifi Inftrumentum Paftorum fubiectionis ab Augufto Sigifmundo Poloniae Rege datum, in Pargameno fub figillo Regni; cuius Inftrumenti cum Articulos omnes fat abunde difcufferimus, nihil amplius addendum cenfemus.

In Tractu praesentis Commissionis venit Illustrissimus & Reuerendissimus Dn. Eustachius Kotowicz, Referendarius M. D. Lithuaniae, Commissarius itidem, ad praesentem Commissionem per publicam Legem designatus, & locum in Actu Commissoriali obtinuit.

Die decima sexta Mensis Ianuarii Illustrissimi Dn. Dn. Commissarii Sacrae Regiae Maiestatis & Reipublicae Vniuersae, occurendo imposturis & maleuolorum traditionibus, modestiae & innocentiae suae conscii, Magnificum Dominum Stanislaum Stawogorski, Regiae Maiestatis Secretarium, ad Magnificum Dn. Christophorum Henricum Puttkammer, Baronem, Illustrissimi & Celsissimi Ducis, in Liuania, Curlandiae & Semigalliae, Supremum Ministrum & Consiliarium, tum Generosam Annam Sybillam Maydell, Viduam, Castris & Oppidi Piltinensis Capitaneissam & Possestricem delegauerunt, & deputauerunt, cum Requisitione, vt si quispiam, siue ex Oppidanis, siue ex Villanis, vel minimam ad quemuis ex Familiaribus Illustrissimorum Commissariorum praetendit iniuriam: coram Illustrissimis Commissariis die crastino, ante determinationem Actus Commissorialis, compareat, & satisfactionem requirat.

Tenor literarum intimationis Commissorialis de determinatione Commissionis & praefixione Termini in Iudicio Sacrae Regiae Maiestatis.

Nos, Serenissimi ac Potentissimi Principis, Domini, Dn. IOANNIS III. Dei Gratia, Regis Po-

P.22. Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae, Rusfiae, Prusfiae, Masouiae, Samogitiae, Liuaniae, Smolensciae, Kiiouiae, Podoliae, Volhyniae, Podlachiae, Seueriae, Czerniechouiaeque, et omnium Ordinum Regni Poloniae, Magnique Ducatus Lithuaniae, Authoritate Generalium Regni Varfauiensium Comitiorum proxime praeteritorum, per Legem Publicam Delegati Commissarii.

Vniversis & singulis, praesertim Illustrissimo & Celsissimo Principi, Domino FRIDERICO CASIMIRO, Dei Gratia in Liuania, Curlandiae & Semigalliae Duci, & Generosae Annae Sybillae Maydell, Viduae, tum Generosis Ioanni, & Theodoro Maydellom, Filiis & Successoribus Generosi olim Ottonis Ernesti Maydell, Capitanei Piltinensis, ac omnibus Nobilibus, Bonorum Episcopatus Piltinensis Possessoribus, & ad praesentem Commissionem Ius & Interesse praetendentibus notum esse volumus. Quia die hodierna, Actum Commissorialem ex mente Sacrae Regiae Maestatis, & Reipublicae Vniuersae, iuxta Constitutionem Comitiorum proxime praeteritorum rite & legitime determinauimus: & inhaerendo Legi Publicae, pro approbatione & vltimaria decisione, Causam hanc ad Iudicium Sacrae Regiae Maestatis, Authoritate praesentis Commissionis, remisimus; & Partibus vtrisque die decima quinta Mensis Martii proxime instantis, Anno
nunc

nunc currenti, Terminum peremptorium sine quauis Ad-
 citatione, amputatis omnibus diffugiis, conferuauimus
 & praefiximus. In quorum fidem praesentes manibus
 Nostris subscripsimus, & Sigillis muniuimus. *Datum in*
Piltin Die decima octaua Mensis Ianuarii, Anno Domini mille-
simo sexcentesimo octuagesimo sexto. Ioannes Kos, Castella-
 nus Liuaniae, Capitaneus Ostrolecensis, Director Com-
 missionis; Eustachius Kotowicz, Referendarius Magni
 Ducatus Lithuaniae, Commissarius Sacrae Regiae Maie-
 statis & Reipublicae; Andreas Gielgud, Notarius Magni
 Ducatus Lithuaniae, Sadouiensis Gubernator; Casimirus
 Michael Pac, Eques Melitenfis, Notarius Magni Ducatus
 Lithuaniae, Commissarius; Michael Lafocki, Succamer-
 rarius Visogrodienfis, Commissarius Regni; Olbrach-
 tus Adrianus Lafocki, Capitaneus Visogrodienfis, Sacrae
 Regiae Maiestatis & Reipublicae Commissarius; Ioannes
 Henricus Plater, Capitaneus Liuaniae & Dineburgen-
 sis, Commissarius Sacrae Regiae Maiestatis & Reipu-
 blicae; Vladislaus Sokolowski, Succamerarius Liuaniae,
 Seneyscensis, Visaiensis Capitaneus, Sacrae Regiae Ma-
 iestatis & Reipubiicae Commissarius; Stanislaus Sławo-
 gorŃki, Subdapifer Podlachiae, Secretarius Sacrae Re-
 giae Maiestatis & Commissionis. Quas Intimationis
 Literas ternas vnā in Castro Piltinensi, in mensa Hypo-
 causti, praesente Generosa Maydellowa Capitaneissa;
 alteram in mensa Hypocauti Proconsulis Piltinensis, p.23.
 apud quem Officiales Illustrissimi & Celsissimi Ducis
 diuersorium habere consueuerunt; & tertiam ad valuas
 domus, in qua Commissio celebrabatur, affixit, posuit
 Ministerialis Regni Generalis prouidus Georgius Vrniasz.

De quo hanc fidelem praesenti Commissioni fecit Relationem.

Ioannes Kos, Castell. Lituoniae Capitan. Ostrorog. Director Commissionis.

(L.S.)

Eustachius Kotowicz Referen. M. D. Lit. Commissarius S. R. Mai. & Reip.

(L.S.)

Andreas Gilgud, Notarius Magni Duc. Lituoniae Sadoniensis Gubernator.

(L.S.)

Casimirus M. Pac, Eques Melitensis, Comen. Posnaniensis, Notarius & Commissarius M. D. Lith. mp.

(L.S.)

Michael Lasocki, Succamerarius Terrae Visigrodiensis, Capit. Lubochnensis, Commiss. S. R. M. & Reip. mp.

(L.S.)

Olbrachtus Adrianus Lasocki, Capitanus Terrae Visigrodiensis, Commissarius S. R. Mai. & Reipubl.

(L.S.)

Iohannes Henricus Plater, Lituoniae Capitanus, Commissarius S. R. Maieft. & Reipublicae mp.

(L.S.)

Vladislaus Sokolowski, Succamerarius Lituoniae, Senescensis, Visaniensis Capitanus, S. R. Maieft. & Reip. Commissarius mp.

(L.S.)

Stanislaus Stawogorski, Subdapifer Podlachiae S. Reg. Maieft. & Reipubl. Secretarius.



RESPONSUM

p.25.

Ad Puncta Illustrissimi, Illustrium ac Magnificorum Dominorum Commissariorum Sacrae Regiae Maiestatis ac inclytae Reipublicae, Magnificis, Domino Con-Commissario Suo, Vladislao Sokolowski, Succamerario Liuoniae, Seueyscensi & Visaiuensi Capitaneo, ac Domino Stanislao Sławogorski, Subdapifero Podlachiae, Sacrae Regiae Maiestatis Secretario commissa, ab Illustrissimo & Celsissimo Principe ac Domino, Domino FRIDERICO CASIMIRO, in Liuonia, Curlandiae & Semigalliae Duce, datum.

Quemadmodum Illustrissimum, Illustres ac Magnificos Dominos Commissarios Illustrissima Celsitudo Sua colit ac veneratur; ita Eisdem officia sua, studia & amicitiam prompto animi affectu offert.

Ea est eritque perpetuis temporibus in Sacram Regiam Maiestatem deuotio, ac in inclytam Rempublicam obseruantia Illustrissimae Celsitudinis Suae, vt vnumquemque, vel minimo verbo sacrosanctum Diadema Clementissimi Regis Sui, inclytamque Rempublicam violare praesumentem, toto corde non auersetur modo, sed grauisime punitum velit; vnde a Generosis Consiliariis Suis requisit, quinam eorum hoc, quod iis obiicitur, commiserint, qui vnanimi ore retulerunt, se scire, Maiestatem Regiam, tanquam Supremum Dominum, & inclytam Rempublicam exquisitissima cum deuotione venerari, Commissariisque Eorum omnem debitum respectum omnibus in locis, imprimis in Sessione Publica, exhibere. Cui deuotioni naturali innixi, summa cum modestia locum, Sessioni Commissorialis destinatum, cum omnibus Nobilibus, qui, quoniam omnes citati, omnes etiam compa-

rere uoluissent, intrassent, demisseque petiissent, ut Illustrissimus, Illustres ac Magnifici Domini Commissarii conferentiam illis concederent, qua rationes suas, ob quas Iurisdictio fundari nequiret, exponere possent; quae conferentia tamen ipsis denegata esset, licet antehac in talibus Commissionibus semper beneuole auditi fuissent. Cum uero Iurisconsultis tam Illustrissimae Celsitudinis Suae, quam Nobilitatis, omni cum reuerentia, & quidem inhaerendo clausulae Commissionis salutari: Absentia non obstante nonnullorum, quae secundum praesentium omnium subselliorum absentiam paucissimorum in se continet, proponentibus, silentium acri uoce non solummodo impositum, uerum etiam increpationes depunientis iis ex termino tacto additae, & ut se foras reciperent, iniunctum; Nobiles iusto dolore commoti, non uociferando, sed lamentando, haec uerba proferre commoti fuissent; se rusticos non esse, quod Iurisconsultis suis libera uox loquendi adimeretur; se tanquam Nobiles bonos ad Rempublicam accessisse, sanguinem suum in praeteritis bellis Suecicis fudisse, senes ac imbelles, extra Patriam se recipientes, pro Serenissimis Regibus & inclyta Republica bona reliquisse, ac etiam nunc paratos esse, pro Sacra Regia Maestate & Republica sanguinem suum effundere, ac bona sua periculis exponere. Quae uerba, quia nullam rebellionem, sed summam contestationem deuotionis & fidelitatis erga Sacram Regiam Maestatem, & inclytam Rempublicam, ac Defensionem Iurium suorum Nobilitarium continent, Illustrissima Celsitudo Sua nec Generosos Consiliarios, nec Nobilitatem ulla animaduersione multo minus poena coercendos esse uidet; Ideoque Illustrissimum, Illustres ac Magnificos Dominos Commissarios

farios quam instantissime rogat, ne bonam famam, & intaminatam fidem Generosorum Confiliariorum Suorum & Nobilitatis eiusmodi accusationibus onerare velint.

Quantum ad Transactionem cum Nobilitate initam attinet, ea ante viginti & aliquot annos fuit inita, nunc autem absoluta, & quidem non temere, aut cum iniuria Reipublicae, sed ex rationibus, quod inclyta Respublica priorem Transactionem ratam habuerit, & caeteris Nobilibus, si ultro ad eam accedere vellent, potestatem concesserit. Postea quoque tam in Grodnensi, quam nouella Constitutione, respectu praemissorum, Iurisdictione Illustrissimae Celsitudini Suae conseruata, aliaeque rationes & probationes tempore & loco suo allegandae non deerunt, & quod magis, cum in eadem Transactione nihil in praeiudicium supremorum Iurium Sacrae Regiae Maiestatis & Reipublicae positum sit; Quapropter Illustrissimus, Illustres & Magnifici Domini Commissarii reputabunt, hanc Transactionem, supra concessiones Serenissimorum Regum & inclytae Reipublicae fundatam, in qua certa clausula, in honorem, & conseruationem Iurium supremorum Sacrae Regiae Maiestatis & Reipublicae tendens, ac omni loco Illustrissimam Celsitudinem Suam, ac Nobiles maxime excusabiles reddens, continetur, tali modo robur & valorem suum semper habituram.

Quia consuetudine Prouinciali & Iure communi in Commissionibus obseruatur, quod eo casu, quo clausula: Nonnullorum absentia non obstante, adiecta est, plurimis Commissariis constitutis, absentia nonnullorum ultra numerum quaternarium extendi nequeat, proinde p. 27. in tam ardua causa, cum tantum quinque ex septendecim Illustrissimo, Illustribus & Magnificis Dominis Com-

missariis per Constitutionem Anni 1685. Delegatis in protestatione & manifestatione specificati, in termino per Constitutionem & Innotescentiales praefixo, comparuerint, ne Iurisdictionem paucis & non sufficienti numero Illustrissimus, Illustres & Magnifici Domini Commissarii, pro Termino suprascripto Piltini comparentes, fundare velent, Illustrissima Sua Celsitudo per Generosos Consiliarios Suos, & Nobilitas Piltinensis petierunt, & protestando nec non securitati Iurium suorum, validitatisque ex mente Constitutionis expediendae Commissionis praecustodiendo, rogarunt, hanc causam referre, nec eiusmodi foundationem Iurisdictionis, salva tamen per omnia dignitate Sacrae Regiae Maestatis, Domini Sui Clementissimi, nec non Autoritate inclytae Reipublicae & sancitorum eiusdem tum respectu Illustrissimi, Illustrium & Magnificorum Dominorum Commissariorum, tantum ratione non sufficientis numeri acceptare possunt: in primis, dum Illustrissima Celsitudo Sua ex Memoriali Illustrissimi, Illustrium & Magnificorum Dominorum Commissariorum, per Magnificos Dominos Deputatos exhibito, & ex relatione Generosorum Consiliariorum Suorum percepit, foundationem Iurisdictionis secundum statutum Magni Ducatus Lithuaniae, & ordinationem Liuaniae, cui Illustrissima Sua Celsitudo & Nobilitas minime subsunt, factam esse; imo citra offensionem Regni Poloniae eiusmodi fundatio Iurisdictionis subsistere nequit; nam in omnibus Commissionibus, hic expeditis, tam publicis quam priuatis, in fundandis Iurisdictionibus forma Processus Regni Poloniae, non autem Magni Ducatus Lithuaniae, obseruata, quemadmodum etiam in Casibus, legibus Statutariis non expressis, prius ad Iura Regni recurritur,

ritur, summopere petendo: dignentur Illuſtriſſimus, Illuſtres & Magnifici Domini Commiſſarii haec omnia trutinare, & Illuſtriſſimam Celſitudinem Suam, Nobilitatemque Piltinenſem excuſatos habere, quod, hiſce Iurium beneficiis gaudentes, Iura Sua deducere nequeant, certa ſpe freti, Illuſtriſſimum, Illuſtres ac Magnificos Dominos Commiſſarios, coram quibus non contumaciter, ſed cum legitimis in Iure fundatis illationibus & exceptionibus per Generoſos Mandatarios ſuos debite comparuerint, producta ab Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Domino Epilcopo Liuouiae non acceptaturos, nec Decretum, & hoc conſiderato, quod ſola poteſtas referendi, non vero decidendi conceſſa ſit, ſtantibus praemiſſis rationibus, laturus eſſe vltra formam Conſtitutionis.

De aduentu Illuſtris & Magnificorum Domini Equitis Melitenſis, & Domini Succamerarii Ducatus Liuoniae P.28. Illuſtriſſima Celſitudo Sua illis gratulatur; ſed quia prima die, nimirum quarta huius Menſis, non adfuerunt, tractu temporis per praefentiam eorum actus fundatae Iurisdictionis, ex allegatis inuolidus, conualeſcere non poteſt.

Quod vero, nomine Commiſſionis, Illuſtriſſimus, Illuſtres ac Magnifici Domini Commiſſarii inſtantiam ex parte Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini Epilcopi Liuoniae pro vacante Eccleſia Goldingenſi faciunt, vt Illuſtriſſima Celſitudo Sua certam perſonam eidem praefentare debeat, ſummopere Illuſtriſſima Sua Celſitudo indolet, reuoluendo, quod de hac praefentatione Conſtitutio nouella nihil loquatur. Illuſtriſſimus Dominus Epilcopus Samogitiae Iuri Suo cum praeiudicio Illuſtriſſimae Celſitudinis Suae contra Reuerſales, Iuramento firmatas, renun-

renunciare minime potuit, & Illustrissimus ac Reuerendissimus Dominus Episcopus Liuoniae contra mentem Patrum subiectionis, a Serenissimo SIGISMUNDO AUGUSTO, Rege iuramento etiam confirmatorum, Episcopatum Curoniensem seu Piltinensem, Illustrissimae Celsitudini Suae in partem Feudi datum, praetendere nequit.

Licet in Literis S. R. M. Suae ab Illustrissima Celsitudine Sua requisiverit, vt moderatam sustentationem praebet, literae tamen illae non tempestiue, sed vix duabus septimanis ante 4. Ianuarii transmissae; nihilominus, quantum tempus & viae commoditas permittit, sustentationem suppeditari curauit; nunc vero, vbi iustas & iuridicas fonticasque rationes suas, ob quas fundationem iurisdictionis acceptare non potuit, Illustrissima Celsitudo Sua ipsamet exposuit, Illustrissimus, Illustres ac Magnifici Domini Commissarii vitio non vertent, quod vltiorem sustentationem praebere nequeat.

Quoad petitum Generosi de Hülzen, quando illud per Supplicationem Illustrissimae Celsitudini Suae debite exponet, Illustrissima Celsitudo Sua id, quod iuris & aequitatis erit, in causa ipsius statuet & decidet.

De reliquo Magnificis Dominis Deputatis Illustrissima Celsitudo Sua felix iter ac continuum prosperitatis incrementum apprecatur.

In maiorem fidem Responsum hoc Illustrissima Celsitudo Sua Sigillo Suo Ducali muniri mandauit. Datum Goldingae, die 14. Ianuarii, Anno 1686.

(L. S.)

Polycarpus Bauer,
Proto-Secretarius mp.

No. II.

p. 1.

IOANNES III Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus
Dux Lithuaniae, Ruffiae, Pruffiae, Masouiae,
Samogitiae, Kiiouiae, Volhyniae, Podoliae,
Podlachiae, Liuoniae, Smolenfciae, Seueriae,
Czerniechouiaeque.

Significamus praesentibus Literis Nostris, quorum in-
terest, vniuersis & singulis: Quod, quemadmodum
Authoritate Nostra & Ordinum Regni ac Magni Du-
catus Lithuaniae, in Comitibus Generalibus Anni millesimi
sexcentissimi octuagesimi quinti, proxime praeteritis, per
Constitutionem publicam, Titulo: Commissia Piltynska
folio decimo quarto, Commissionem in Districtum Pil-
tinensem decreuimus; Commissariosque ex Senatorio
ac Equestri Ordine, in eadem Constitutione nominatos,
specifice designauimus; atque iisdem Commissariis, vt
pro die quarta Mensis Ianuarii Anno millesimo sexcente-
simo octuagesimo sexto, (absentia nonnullorum non ob-
stante,) ad Ciuitatem Piltin in Curlandia conueniant,
ibidemque sine aggrauatione tam Illustrissimi Ducis Cur-
landiae, quam Nobilitatis Piltinensis, Iura & Priuilegia
Illustrissimi Ducis & Incolarum, intuitu omnium Praeten-
sionum Districtus; similiter Episcopatus Piltinensis alias
Curonienfis Iuris Patronatus Nostri, sub Iure Hypothe-
cae siue quouis alio existentis, ad eximendum introspi-
ciant, in iisdem omnimodam informationem sumant
interessatas Domos, Familias connotent, differentias, con-
trouersias, ac difficultates cunctas intercedentes, si possi-
bile, trutinent, acquietent, vel saltem facilent, & non in-
gerendo se in Iurisdictionem Illustrissimi Ducis Curlandiae,

p. 2.

pro finali decisione & vltimaria determinatione, causam cum suo effectu ad Nos Iudiciaque Nostra, cum informatione reali, & in omnibus sufficienti reiciant & remittant commisimus: Ita Iidem Magnifici ac Generosi Commissarii Nostri & omnium Ordinum Reipublicae, Auctoritate Generalium Regni Comitiorum Varfauiensium proxime praeteritorum, Constitutione publica delegati, in Actu Commissoriali specificati, praeuiis Innotescentiis, in tempore debito legitime extraditis, pro die & tempore per eandem legem publicam assignato, ad ciuitatem Piltin conuenerunt; ibidemque in Termino ex vi legis publicae Comitiorumque Regni ac ex Innotescentiis debite extraditis ac publicatis legitime incidente, Iurisdictionem suam Commissorialem, seruatis solennitatibus Iuris, fundauerunt, & publice proclamari mandarunt; postque fundatam & publicatam eandem, Reuerendus in Christo Pater, Dominus Nicolaus Poplawski, Dei & Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Liuoniae & Piltinensis siue Curoniensis, coram Iisdem Commissariis personaliter comparens, per suum Mandatarium siue Plenipotentem, Iura ad Episcopatum Piltinensem seu Curonensem seruientia & competentia, in Actu Commissariorum Nostrorum specificata & expressa exhiberi curauit. Deinde Iidem Commissarii Nostri post exceptas ex Parte Actorea Iurium coram se deductiones, Partis quoque alterius Iura & Rationes ibidem mentionatas, praepriis autem Illustrissimi Ducis Curlandiae in Actu Commissoriali diserte expressa introspererunt; Infeudationes quoque, Inuestituras, Diplomata, Rescripta, Rationes, intuitu Feudi praetensi; tum & respectu Iuris Hypothecarii Generosis Maydellom seruientia, trutinarunt; demum

demum Nobilitatis & Incolarum Districtus eiusdem Iura indagarunt; Libellum Praetensionis Illustrissimae Domus Ducalis Curlandiae in Districtum Piltinensem Typis impressum praelegerunt: eaque omnia, vt coram Nobis Iudiciisque Relationum Nostrarum propriarum exhiberentur, satis esse existimarunt. Tandem visis Iuribus & sufficientissimis Documentis Authenticis, tam Sacrae Romanae Ecclesiae, quam Illustrissimo Duci Curlandiae Nobilitatique Districtus Piltinensis seruientibus, & communibus, per omnes circumstantias pensatis trutinatisque, ac eo attento; quod Reuerendus in Christo Pater, Dominus Episcopus Liuoniae ac Piltinensis, alias Curoniensis, Ius suum ad Episcopatum Piltinensem siue Curoniensem, tam per Nominationem Nostram, quam per Confirmationem Sanctae Sedis Apostolicae Bullis Romanis sufficientissime deduxit: Ideo eundem Reuerendum in Christo Patrem, Dominum Episcopum Liuoniae, pro vero & legitimo Episcopo Piltinensi seu Curoniensi agnouerunt; Munia Episcopalia per Curlandiam & Piltinensem Tractum, in Ecclesiis Catholicis, Locisque ad eas spectantibus exercendi potestatem plenariam eum habere compererunt; Bona Piltinensia, Territorium atque Ditionem Episcopatum deinceps appellanda, Ordinationi, Dispositioni Nostrae & Reipublicae immediate subiecta exemptibilia adinuenientes, cum omni Iure, Dominio, attinentiis, & pertinentiis, prout ex antiquo hic Episcopatus habuit, eidem adiudicanda esse censuerunt; Prouentuum, Redituum, Foundationum, tam Ecclesiae Cathedrali, quam Capitulo ac Capitulari Mensae seruientium vindicandi, eximendi, quae vindicanda, eximenda erunt, plenariam facultatem, praenominato Episcopo,

p. 41

- p. 5. & non alteri cuiquam competere; Eaque a Possessoribus modernis, quales sunt principaliter Generosa Anna Sybilla Maydell cum suis Successoribus, & Illustrissimus Dux Curlandiae, post enumeratam Summam Hypothecariam, si ad eam Ius competens exhibuerint, vindicanda censuerunt; ac demum insistendo Constitutioni Comitiorum proxime praeteritorum, Causam hanc cum toto effectu, pro approbatione & finali decisione ad Nos & Iudicia Nostra remiserunt; & tam Illustrissimo Duci Curlandiae, quam Generosae Annae Sybillae Maydell, atque Generosis Ioanni & Theodoro Maydelliis Successoribus, tum & quibuscunque aliis Bonorum Piltinensis Episcopatus Possessoribus, Terminum, inhaerendo Ordinationi Commissoriali Anni millesimi sexcentissimi decimi septimi, in Martio, scilicet die decima quinta Mensis tunc proxime instantis, in Anno millesimo sexcentesimo octuagesimo sexto, vbi tunc cum Curia Nostra degerimus, peremptorium, amputatis omnibus dilationibus & diffugiis sine vlla adcitatione conseruarunt & praefixerunt, Actus illius Authoritate. Quantum attinet Iurisdictionem, qualiter in posterum sit ordinanda, an videlicet iuxta praescriptum Commissionis Anni millesimi sexcentissimi decimi septimi, in Hasenpoth peractae, an Reuerendo in Christo Patri, Domino Episcopo attribuenda? Iidem Commissarii conformando se Intentioni Nostrae, in literis expressae, hoc in puncto decisionem supremo Maiestatis Nostrae Regiae Iudicio integerrime reliquerunt. Qua stante Remissione, post translapsum Terminum, Commissione eadem praefinitum, suprascripta Pars Actorea Literas Adcitationis Nostrae, pro attentando continuandoque Terminum eodem, contra Partem Conuentam,

uentam, ex Cancellaria Regni obtineri, & Parti Mense Aprili intimari curauit, alias, prout Actus ipse Commissorialis, & Adcitationes praerecensitae de praemissis omnibus luculentius enarrant & obloquuntur. Quo in **Termino**, ex eadem Remissione Commissariorum Nostrorum & Reipublicae, nec non ex Adcitatione praefata ac Intimatione literali subsequenti proueniente, & eousque continuato, cum Partes, feria sexta, nimirum in craftino Festi Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistae die, videlicet vigesima quinta Mensis Iunii, Anno currenti millesimo sexcentesimo octuagesimo octauo, Varfauiae, coram Nobis & Iudiciis Relationum Nostrarum propriarum, Generosus Instigator Regni, & Reuerendus in Christo Pater, Dominus Nicolaus Poplawski, Episcopus Liuoniae Piltinensis seu Curoniensis, vti Pars Actorea, P. 7. personaliter ab vna; atque Illustrissimus Dominus Fridericus Casimirus, in Liuonia Curlandiae & Semigaliae Dux, per Generosum Nicolaum Chwalkowski, suum Consiliarium, ad Nos ablegatum, & ad causam hanc specialiter deputatum; Generosi vero Ioannes & Theodorus Maydellii, Generosi olim, Ottonis Ernesti Maydell, Capitanei quondam Piltinensis Filii, & Successores, suis nominibus personaliter; porro Generosa Nobilitas, & Incolae Districtus eiusdem Piltinensis, per suos Delegatos, scilicet Generosos Fridericum a Sacken, Ottonem Eualdum Haudering, Consiliarios Terrestres, Ioannem Gerhardum Manteufel dictum Soege, Capitaneum Grobinensem, Fromholdum ab Osten dictum Sacken, Vice Colonellum, & Iohannem Behr, personaliter adstantes Plenipotentes suos, comparerent; & tam nomine Illustrissimi Ducis, quam Nobilitatis, Procuratores ad tu-

tandam Caufam fuam addi deputarique postulant: Nos cum Senatoribus Regni & Magni Ducatus Lithuaniae ac Confiliariis Noſtris, ad petitionem Partium Illuſtriſſimo quidem Duci, Nobilem Ioannem Satkowski; Nobilitati autem, Nobiles, eundem Ioannem Satkowski, Andream Pezanſki & Conſtantinum Ilewitz; tum quoque Reverendo in Chriſto Patri, Domino Epifcopo Actori, itidem affectanti, Nobiles, Laurentium Wotzkiewicz, & Andream Alexandrum Groſzkiewicz, Defenſores Vnicuique eorum addidimus, deputauimus; Caufamque in aliud tempus reiecitimus & cum conſeruatione Termini reclamari mandauimus. In Termino itaque hodierno, ex additione eadem Procuratorum & Reiectione nupera, ad praefens proueniente, ac hucusque continuato, Partibus iisdem, Actorea & Citata, prout ſupra, cum ſuis Defenſoribus iudicialiter additis, iterato coram Nobis & Iudiciis Relationum Noſtrarum propriarum comparentibus, ſecumque Iudicialiter diſceptantibus; & quidem Actorea Parte contentis Actus Commiſſorialis deductis, Caufam hanc, cum toto effectu, pro approbatione & finali deciſione, ad Iudicia Relationum Noſtrarum propriarum, per Magnificos & Generoſos Commiſſarios remiſſam eſſe enarrante, eundemque Actum Commiſſorialem approbari, & Bona Epifcopatus Piltinenſis ſeu Curoniens ſis exemptibilia decerni petente. Ex aduerſo Pars Citata, tam nomine Illuſtriſſimi Ducis, quam a tota Nobilitate, ſupra de nominibus ſpecificati comparentes, Principaliſſimorum ſuorum nomine, atque Generoſi Fratres Maydellii, ſuis nominibus, exceptiones infra ſcriptas contra eundem Commiſſionis Actum intulerunt: Primo, quia Lege Publi-

Publica, Constitutione nimirum Anni millesimi sexcentefimi octuagesimi quinti, sexdecem Commissarii, ad expediendam eandem Commissionem deputati sunt, iisdemque, vt nonnullorum absentia non obstante, iuxta praescriptum Legis eiusdem Actum Commissorialem peragerent, iniunctum; Magnifici vero & Generosi Commissarii, in eodem Actu Commissoriali specificati, pro Termino praefixo & ex Innotescentiis illorum proueniente, tantum quinque Piltinum peruenerunt, & Iurisdictionem suam Commissorialem, non attentis Generosorum Illustrissimi Ducis Deputatorum, tum Nobilitatis Districtus Piltinensis Plenipotentum, atque Generosae olim Annae Sybillae Maydellowa viduae, Capitaneatus Piltinensis quondam Possessoris Mandatarii, exceptionibus & defensis, Iurisdictionem perimentibus seu potius impugnantibus, die quarta Mensis Ianuarii Anno millesimo sexcentesimo octuagesimo sexto (caeterorum Reuerendorum, Magnificorum & Generosorum Commissariorum ex legis praescripto & mente Ordinum Regni re-

p. 10.

„ quifito numero deficiente) fundarunt; Patronos Illustris-
 „ fimi Ducis, Nobilitatis Piltinensis & Generosae Maydellia-
 „ nae, a Iudicio Commissoriali repulerunt, Actumque
 „ Commissorialem illegitime continuarunt; & in contu-
 „ maciam, tam Illustrissimum Duces, quam Nobilita-
 „ tem Districtus Piltinensis, & Generosam Maydellianam
 „ aggrauarunt, prout Protestationes, primum oretenus
 coram iisdem Magnificis & Generosis Commissariis
 propositae, deinde coram Notario Regio & duobus
 Generalibus, in scriptis renouatae, ac demum tam ad Acta
 Lublinsia, feria quinta post Dominicam Oculi, quam
 Varfauiensia, feria quinta post Dominicam

Laeta-

Laetare Quadragesimales proximis, eodem millesimo sexcentesimo octuagesimo sexto Anno, transportatae, fufius obloquuntur. Petierunt igitur supra memorati Deputati Mandatarii que, se & Principales suos, a nexu eiusdem Actus Commissorialis, tanquam illegitime ob deficientem caeterorum Reuerendorum Magnificorum & Generorum Commissariorum praesentiam, & requisitum eorundem de iure numerum inchoati, atque in contumaciam continuati & peracti, releuari, & a Termino Remissae liberari. Postmodum Actorea Parte, ea omnia contrariis iisque Iuridicis satis fufe allatis Rationibus refutante Legitimitatemque & Legalitatem Actus Commissorialis, tanquam debite legitime & ordinate expediti comprobante; atque reiectis Partis Conuentae praerecensitis illationibus, Citatos eosdem ad vltiorem Processum cogi exposcente: Nos cum Iisdem Senatoribus Regni ac Magni Ducatus Lithuaniae, & Consiliariis Nostri, post Partium ambarum eiusmodi controuersias, defensas, & dispositionum Iuridicarum, pro & contra allegationes prolixas, valido & legitimo Actu Commissoriali adiuuato, non derogando tamen Partis Citatae defensis, & Iuribus, producendis, iisdem Citatis in hac Causa procedere mandauimus. Porro in procedendo, ex quo Pars Conuenta nullas exceptiones dilatorias inferebat, Actorea vero Pars in vim Propositionis, diuersa itidem Iura ad Episcopatum Piltinensem habita, Transactionesque inter Serenissimos Regem Daniae, Marchionem Brandenburgensem, Sigismundum Augustum & Stephanum, Reges Poloniae, intercedentes reproduxit, atque Decretum Regium, inter olim Principem Curlandiae, & Maydelios, per Serenissimum olim Vladislaum Quartum, de

Anno

Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto latum praelegit. Nos cum memoratis Senatoribus ob angustiam temporis, continuationem ulterio-^{p. 12.}rem causae huius, in diem crastinum reclamari & reiici iussimus: prout reiecimus, Terminumque Partibus conferuauimus peremptorium, Decreto Nostro in id mediante, in cuius rei fidem praesentibus Sigilla duo, Regni & Magni Ducatus Lithuaniae sunt appressa. Actum Varsoviae feria quarta post Festum Visitationis Beatissimae MARIAE Virginis proxima, die scilicet septima Mensis Iulii, Anno Domini millesimo sexcentesimo octuagesimo octauo, Regni vero Nostri XIV. Anno.

M. Cardinalis
Radzieiowski,
Primas & Procancellarius
Regni.

Relatio Eminentissimi & Reuerendissimi in Christo Patris, Domini Michaelis Stephani; Sacrae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Radzieiowski, Archi-Episcopi Gnesnensis, Legati Nati, Regni Primaris & Primi Principis, Pro-Cancellarii Regni.

Stephan. Hanckiewicz,
Decret. Curiae Regni Notar.

Correctum.

Inter R. Episcopum Piltinensem, & Illustrissimum Curlandiae Ducem
atque Nobilitatem Piltinensem.

No. III.

Recessum Imperii de Anno 1530. subscripsit pro Archi-Episcopo Rigenfi Antonius Morgenstern Secretarius; pro Episcopo Curoniensi Fridericus Schneberg Cancellarius; pro Magistro in Liuonia Diedericus von den Bahlen & Fridericus Schneberg, pag. 244. §. 145.

No. IV.

Extractum Recessus Imperii
de Anno 1555. §. 20.

Vt etiam supra fati vtriusque Religionis addicti eo magis constanti pace & bona tranquillitate intra se con- & assideant & permaneant, Ecclesiastica Iurisdictio (Electorum tamen Ecclesiasticorum, Principum & Statuum, Collegiorum, Monasteriorum & Religiosorum vsuris, tributis, censibus & decimis, Vasallagiis secularibus aliisque iuribus & priuilegiis, vti supra positum, illaesis) contra Augustanam Confessionem, Religionem, Fidem, Ministeriorum Constitutionem, Ritus Ecclesiasticos, Ordinationes & Ceremonias constitutas vel constituendas, vsque ad plenariam compositionem de Religione non exerceri, adhiberi vel tractari, sed eidem Religioni, Fidei, Ecclesiis, Ritibus, Ordinationibus, Ceremoniis & Ministeriorum Constitutionibus, vti antea, postea peculiaris articulus positus, via sua relinquatur, nullaque „impeditio vel turbatio ea referri, & sic post haec, vti su- „pra-

„pra mentionatum, vsque ad omnimodam Christianam
 „compositionem Religionis, Ecclesiastica Iurisdictio qui-
 „escere, intermitti & in suspenso esse ac permanere
 debet.

*Hunc imperii Recessum subscripsit pro Magi-
 stro in Liuania Georgius Sieberus, & pro
 Iohanne Episcopo Curoniensi, & Administra-
 tore Osiliensi Leopoldus Dick, Doctor
 pag. 519.*

No. V.

Extractum ex Pactis subiectionis Liuaniae seu
 Prouisionis de Anno 1561. die 28. Mensis
 Nouembris.

Cum autem in Conditionibus subiectionis illud inter
 caetera contineatur, quod tam praedictus Prin-
 cept quam subditi & ciuitates sibi a Nobis caueri
 postularint, ne deditio & subiectio illa, quam Nobis, vt
 Regi Poloniae, Magno Ducatui Lithuaniae, aliarumque
 ditionum Nostrarum, extremis casibus & periculis ad-
 ducti obtulerunt, apud Caesaream Maiestatem aliosque
 Imperii Ordines Germaniae illis damno & fraudi sit;
 bona fide spondemus & recipimus: Nos interea, donec
 cum Senatoribus quoque Regni de Liuania in fidem &
 subiectionem recipienda acturi sumus, omnem curam
 & diligentiam adhibitueros, vt vel per Internuncios, vel per
 Literas Nostras, Caesareae Maiestatis aliorumque Imperii

Ordinum, inprimis vero Magiftri Ordinis Teutonici per Germaniam animi & voluntates ad probandam huius facti neceffitatem inducantur & flectantur. Quod fi id plane confici non poterit, huc tamen totis viribus incumbemus, ne vel Princeps, vel fubditi vllum detrimentum tam in honore & fama, quam in bonis & fortunis, ex hac neceffaria deditioe patiantur, nec vllam Imperii profecriptionem, aliaue Grauamina hoc nomine incurrant, vel fi incurrerint, nos tamen prouidebimus, ne hoc cuique publice vel priuatim fraudi fit.

No. VI.

II **D**edimus praeterea fidem, ficut & praefentibus Literis fancte damus, recipimus atque promittimus: Nos tam Principi ipfi, quam Ciuitatibus aliis, „vel fubditis fuis, cuiuscunq; Ordinis vel Status fuerint, liberum vsum Religionis, cultusque Diuini, & receptorum rituum fecundum Auguftanam Confessionem „in fuis Ecclefiis, totiusque rei Ecclefiasticae integram administrationem, ficut eam haftenus habuerunt, libere permiffuros, nec in ea vllam mutationem facturos, neque, vt ab aliis fiat, permiffuros.

No. VII.

p. 1. **Extractum Vnionis LiuonicoLithuanicae de dato**
Grodno die 26. Menfis Decembr. Ao. 1566.

7 **A**d haec quoque Prouincia Liuonia, ac omnes incolae eius, in vera & agnita Religione praedicationeque verbi Diuini & vfu sacramentorum iuxta ordinata-

ordinationem Augustanae Confessionis, conseruari ac retineri debent, nec Concionatores alterius Confessionis, in eandem Prouinciam, ad mutandum vel innouandum quicquam in doctrina Religionis vnquam admitti intrudiuē debebunt ac poterunt. Praeterea ad conseruandum in ea prouincia Religionis & Diuini Ministerii statum veraeque doctrinae propagationem, vt homines eruditi, qui non tantum Ministerii munere in docendo & administrandis Sacramentis fungantur, verum etiam vitae Sanctimonia irreprehensibiles sint, in Liuoniam accersantur & alantur. Atque vt honorificum Collegium aliquod primo quoque tempore fundetur, ac instituat, in quo stipendiis idoneis foueantur Doctores ac Professores, ex quibus tandem Superintendentes, Consistoriales, Visitatores, Concionatores, Scholarum Rectores, Professoresque Literarii haberi & eligi possint, imo vt ex hac ratione erudiantur educenturque, qui & Reipublicae aliquando praesint plures etiam Scholas & Ecclesias pro rustica plebe instituendas & stipendiis ornandas iuuandasque esse placuit. Nec minus vt caelibum virginum coenobia conseruentur, tam propter honestarum & minorennium Nobilium, quam aliarum virginum educationem, tum vt senes & annosae matronae in iis alantur, exulum & ab utroque hoste Moscho videlicet & Sueco profligatorum, ac bonis exutorum in illa Prouincia habeatur pia ratio, Hospitaliaque seu Xenodochia liberalius dotentur.

Cum etiam sublatum veterem Ecclesiasticum statum tam in Archidioecesi, quam in reliqua Prouincia Liuoniae, Ordini prius subiecta, & in secularem mutatum prorsus esse constet, aequum ac iustum esse ducunt, vt inter se incolae Liuoniae siue sint de Nobili stemmate,

p. 3. siue alia dignitate vel conditione praediti, aliquam patriarum legum Constitutionem & fraternitatis Compositionem faciant, ad quam quisque respicere debeat, aut possit, vt, sicuti nunc & in posterum vno eodem vtuntur vtenturque dominio, iisdem libertatibus, iisdemque legibus viuant & teneantur, vtque in ea coniunctione nullus prae alio sibi vsurpet prioritatem aut prae eminentiam, praeter quam eam, quae in dignitatibus atque honoribus per gradus a sua Maiestate collata est, atque confertur, saluis tamen Priuilegiis, beneficiis & libertatibus personalibus & singulorum.

21 Denique cum ex praemissis pateat haut obscure prouinciam Liuoniam, sublatis priorum Ordinum, Statuumque spiritualium & secularium differentiis, pari iure, modo & ordine sese ex aequo Nobis, Magnoque Ducatui nostro Lithuaniae inseparabiliter adiunxisse, partemque Corporis Magni Ducatus nostri factam esse, vbi que incolas illius, vna eademque lege in posterum viuere atque iisdem iuribus & iudiciis tenere oportere, nullo relicto loco pristinorum Statuum differentiis; ideo totam Vltradunensem Liuoniam, tam Archidioecesin Rigensem, quam reliquam Liuoniae partem, tamque eam, quae hoc tempore Imperio nostro paret, quam quae ad huc successu temporis, Diuina fauente Clementia, a Nobis recuperata Dominiis Nostris addita fuerit, Ducali dignitate ac titulo insigniendam, ornandam atque decorandam Authoritate Nostra Regia esse duximus, prout praesentibus literis nostris insignimus, ornamus & decoramus: Volentes, hoc perpetuo valituro Edicto, ac Priuilegio Nostro decernentes, totam Liuoniam Nostram Vltradunensem, ex nunc & in posterum pro Ducatu Nostro
Ultra-

Vltradunenſi ab omnibus & ſingulis haberi, cenſeri, nominari, dici, ſcribi, reputari venerarique debere & oportere perpetuo & in aeuum.

No. VIII.

Extractum ex Pauli Piaſecii Chronicis Geſtorum
in Europa Singularium.

Liuonia itaque, poſtquam immutauit priſtinum ſuum Statum; hunc Polonae Reipublicae eſt ſequuta, & illi voluit ſociari. pag. 50. in fine & pag. 51. in principio.

Religio Catholica tota tunc a Liuonia exulabat, vt ne quidem veſtigia illius ibi apparerent &c. dict. pag. 51. in fine.

No. IX.

Extractum ex Salomonis Henningii Chronicis
Liunicis & Curoniensibus, impreſſis Roſtochii
Anno 1590. fol. 49.

Magnus, Dux Holfatiae, tempore Paſchatos, Arendsburgi Oſeliae d. 16. April. 1560. inopinato aduenit, ab Episcopo ibidem Ioanne a Mönnich-
„haufen eiusemque Clero eo requiſitus, qui etiam pro
„ceſſione Episcopatus, a Regina Seniori Daniae, Ducis Magni Domina Matre, egregiam pecuniae ſummam, circiter viginti millia Imperialium accipiendo, e conſpectu ſe remouit, & in Germaniam patriam ſuam diſceſſit.

No.

No. X.

Extractum ex Balthasaris Ruffouii Chronicis Li-
uonicis, impresfis Rostochii Anno 1578. fol. 72.

Anno 1560. festo Paschatos, Magnus, Dux Holfatiae
Friderici II. Regis Daniae Frater, Arendsburgi
„Ofeliae aduenit, & Episcopatum Ofeliensem &
„Curoniensem, quem Ioannes a Mönnichhausen Episco-
pus praefato Regi Daniae obtulit, accepit & occupauit.

No. XI.

p. r.

In nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam. Nos SIGISMUN-
DUS III. Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus
Dux Lithuaniae, Ruffiae, Pruffiae, Maso-
uiae, Samogitiae, Liuaniaeque nec non Regni
Sueciae proximus Haeres & futurus Rex &c.
notum facimus hisce literis Noftris, quorum interest,
aut in posterum quoquo modo interreri, vniuersis &
singulis: Postquam Diuina aspirante gratia omnium
Ordinum ac Statuum inclyti Regni Noftri Poloniae
& M. D. Lithuniae Ruffiae, Pruffiae, caeterarum-
que prouinciarum ad praefatum Regnum pertinen-
tium, libera electione Sacro Regni diademate inaugurati
effemus, nihil magis Nos in votis habuisse, quam vt om-
nium Ordinum & Statuum Regni Noftri subditos Regia
Noftra Clementia, Fauore ac Beneuolentia complectentes
ita

ita gubernaremus, vt non solum ab omni hostili impressione tuti sine iniuria in pace viuere, sed etiam iuribus, priuilegiis ac immunitatibus antiquitus obtentis, libere vti & perfrui possint. Quo animo, cum iam ante in Conuentu felicis Coronationis Nostrae omnium incolarum Regni Nostrae Iura & Priuilegia confirmassemus, ac vero nunc Nobilitas etiam atque incolae Episcopatus Curoniae Transactionem quandam inter Serenissimos quondam Diuae memoriae Stephanum, Decessorem Nostrum Poloniae, & Fridericum II. Daniae Reges, de commemorato Episcopatu Curoniae susceptam atque institutam Nobis obtulissent, vtque peculiaribus etiam literis Nostris eam confirmaremus, Nobis supplicassent, eo libentius faciendum id Nobis iudicauimus; quod in eadem Transactione conseruanda, non solum iura priuatorum, verum publicam etiam fidem versari intelligeremus. Tenor autem Transactionis eius est is, qui de verbo ad verbum sequitur:

In nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis. Notum, testatumque sit vniuersis & singulis, hanc Transactionis formulam visuris, audituris, lecturisue, iis praefertim, quorum interest. Posteaquam Dei praepotentis voluntate, **Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dominus Magnus**, in Liuania Episcopatum Ofiliae, Vici, nec non Curoniae Dominus, Episcopatus Reualiae Administrator, Haeres Noruegiae, Slesuici, Holfatiae, Stormariae & Ditmarfiae Dux, Comes Oldenburgensis & Delmenhorstensis, Anno elapso octuagesimo tertio vitam cum morte commutasset, & derelicti Curoniae Episcopatus, iure atque successione inter **Serenissimum**

& Potentissimum Principem ac Dn. Dominum Stephanum, Regem Poloniae, Magnum Ducem Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Liouoniaeque nec non Transilvaniae Principem ab vna, & inter Serenissimum itidem & Potentissimum Principem ac Dn. Dominum Fridericum, eius nominis Secundum, Daniae, Noruegiae, Gotorum, Vandalorumque Regem, Slesuici, Holfatiae, Stormariae nec non Ditmarfiae Ducem, Comitem Oldenburgensem & Delmenhorstensem ab altera partibus, grauis & periculosa lis atque contentio suborta esset, adeo, vt vterque ius suum, quod in hoc Curoniae Episcopatu habebat, seu habere praetendebat, vi etiam armata tueri atque vindicare animum induxerit, quo factum, vt inter vtriusque Regis Officiarios milites atque subditos ad arma & necessarias defensiones & hinc ad grauiores persecutiones, conflictus, caedes, praediorum atque agrorum depopulationes, occupationes, direptionesque & omnem hostilitatem descensum atque peruentum fuerit. Quibus malis, nisi maturo consilio obuiam itum fuisset, facile euenire potuisset, vt animorum vtrinque maiori exacerbatione oborta, vetus illud inter hos duos Potentissimos Principes necessitudinis, amicitiae atque vicinitatis vinculum, non tantum cum extrema huius Curoniae districtus & aliarum finitimarum ditionum pernicie atque interitu, sed etiam totius Christianitatis periculo ac damno solutum atque diffutum esset, bellumque graue atque difficile exarisset. Cum autem omnibus iis, praefertim, qui periculo proximi sunt, pro parte virili operanda sit, ne eiuscemodi gliscens flamma & haec magnarum

rum calamitatum femina viribus acquisitis serpant latius : Ipse Illustrissimus Princeps ac Dn. Dominus Georgius Fridericus, Marchio Brandenburgensis, in Prussia, Stetini, Pomeraniae, Cassuborum ac Vandalorum, nec non in Silesia, Carnouiae Dux, Burggravius Norimbergensis ac Rugiae Princeps vtrisque Serenissimis ac Potentissimis Poloniae & Daniae Regibus, vni, arctissimo fidelitatis atque homagii, nec non affinitatis; alteri etiam propinquae cognationis, affinitatis atque propinquitatis iure & necessitudine deuinctus, pro communis salutis studio, motuque proprio ad haec mala & incommoda Christianitatis declinanda, apud vtrumque Serenissimum Regem intercedere & omnem operam, studium fidemque adhibere conatus est. De salutaribus itaque remediis, aequisque conditionibus, quibus hoc diffidium placide componi & communi periculo euitato, vetus illa necessitudo atque amicitia inter vtrumque Serenissimum Regem eorumque Regna restaurari atque conseruari possint, cogitatione suscepta, Celsitudo illius pro suo candore atque fiducia vtrumque Serenissimum Regem ad pacis studium armorumque depositionem, totam causam vel familiari Transactioni vel iustae cognitioni atque arbitrio amicorum committendam amice & fideliter inuitauit, atque diligenter hortari non destitit. Cui Sacrae Celsitudinis piae voluntati, Dei etiam benignitate accedente, vtraeque Serenissimae Regiae Maiestatem moerem gerentes, pari publicae salutis studio commotae, ad oblatam amicorum Transactionem vel legitimam etiam cognitionem animos, saluo iure suo, adiecerunt. Quia vero hi compositionis atque pacis tractatus (quod res

p. 5.

p. 6. altioris indaginis esset) nonnisi armis atque hostilitatis metu suspensis & depositis, fuscipi, multo minus feliciter perfici potuerunt : laborandum sibi idem Illustrissimus Prussiae Dux putauit, vt inducias ad vtriusque subditorum securitatem interea conciliaret, quas etiam, accedente vtriusque Serenissimi Regis Authoritate & vtriusque subditorum consensu, Sua Celsitudo per Legatum & Consiliarium suum, Generosum Leuinum a Bilau aequis conditionibus pepigit atque firmavit. Hac vero Illustrissimi in Prussia Ducis praeclara erga Rempublicam voluntate, studio atque candore perspectis, vtrique Serenissimi Reges, & si legitimam, de causa, iureque suo apud aequos & minime suspectos Iudices aut Arbitros, cognitionem atque arbitrium minime reformidarent, tamen ad euitandas controuersias & contentiones maiores, & ad sua quoque publicae tranquillitatis, pacisque studia magis declaranda, Deo primum & post Authoritati Illustrissimi in Prussia Ducis id deferentes, totam istam causam per certas conditiones determinandam atque transigendam, decisionem atque Transactionem solius Sacrae Celsitudinis moderationi, prudentiae & fidei commiserunt. Hac itaque potestate accepta, Illustrissimus in Prusia Dux Dei praepotentis auxilio fretus, re penitus deliberata, consilioque habito, conciliatis atque ad aequitatem compositis inter se animis, sola vtilitate Reipublicae & vtriusque Serenissimi Regis dignitate spectata, totam eam controuersiam conditionibus infra scriptis iustis & aequalibus, & vtrinque acceptis, per dictum Consiliarium suum, Leuinum a Bilau composuit atque transegit. Atque inprimis, quod in omnibus controuersiarum

rum

rum compositionibus laudatum & vsitatum est, vniuersae & singulae diffensiones, offensiones, exacerbationes, detrimenta, damna, sumptus atque impensae, inter vtrumque Serenissimum Regem eorumque subditos, huius Episcopatus controuersi causa oborta atque commissa, vigore huius Transactionis perpetua obliuione sublata, deleta atque oblitterata esse, & vicissim omnia ea, quae ad constituendam pacem, amicitiam, bonamque vicinitatem pertinere videbuntur, coli atque obseruari debent. Etsi vero Serenissimus Daniae Rex ius suum, quod in hoc Curoniae Episcopatu sibi competere asseruit, vrgere perrexit, nec non Serenissimus Poloniae Rex praetensum ius suum docere conatus est: litis tamen euitandae & pacis constituendae causa per Illustrissimum Prusiae Ducem negotium vniuersum eo vsque deductum est, vt dictis Serenissimis Regibus vtrinque de suo iure praetenso remittentibus, Serenissimus Poloniae Rex, Serenissimo itidem Daniae Regi, amicae & placidae Transactionis nomine triginta Thalerorum millia probae & vsitatae & in Romano Imperio approbatae monetae persoluere & numerare stipulatus atque pollicitus sit. Quae summa, vbi Serenissimo Daniae Regi aut numerata aut certo in loco idoneo assignata fuerit, Serenitas Sua Serenissimo Poloniae Regi realem possessionem arcis Piltensis totiusque Episcopatus concedere atque tradere; Serenissimus vero Poloniae Rex simul ac vicissim subsequentes condiciones, promissa atque recepta complere atque obseruare tenebitur. Imprimis vero vt subditorum istius Curoniae Episcopatus eorum praesertim, qui post obi-

p. 8.

tum Illustrisfimi Ducis Magni &c. fidem Serenisfimi Daniae Regis secuti sunt, iuxta ratio habeatur: Vniuersis & singulis Nobilibus atque Oppidanis iura libertates & priuilegia sua legitime huc vsque obtenta atque vsurpata, a supradicto Serenisfimo Poloniae Rege, confecto desuper atque ipsis dato Diplomate, Auctoritateque ac consensu Senatorum suorum accedente, confirmabuntur, eaque ab omnibus eius Maieftatis Successoribus & Ordinibus Regni in perpetuum salua & illaesa conseruari debent: nec fides Serenisfimo Daniae Regi hucusque praestita, vlli eis fraudi fuerit: sed post hac pro Serenisfimi Poloniae Regis subditis fidelibus atque dilectis suscipientur & habebuntur. Quando quidem etiam compluribus iam abhinc annis in Ecclesiis Episcopatus istius, nulla alia, praeterquam ea, quae Confessione Augustanae consentanea est, religio culta atque obseruata fuit, ex communi in inclyto Poloniae Regno religionis confoederatione aequum censetur, atque ex hac porro pacificationis Transactione sancitur ac constituitur: vt incolis tam Nobilibus quam Oppidanis in Scholis & Ecclesiis ipsorum iurisdictioni vel iuri subiectis, liberum & pacatum exercitium eius Religionis, Augustanae videlicet Confessionis, relinquatur, nec vlla alia ipsis obtrudatur. Eam itaque publice sine omni impedimento pari cum Curlandiae Ducatus subditis libertate profiteri atque exercere illis licebit & conscientiae suae libertate plane gaudebunt. Generosus Ioannes Behr, Serenisfimi Daniae Regis in arce Piltenfi Praefectus & Primarius istius Districtus incola, in pacata bonorum suorum possessione vigore in-

scripti-

scriptionum & legitime obtentorum priuilegiorum
 suorum retineri ac conseruari debbit. In cuius p. 10.
 rei Securitatem, Serenissimus Poloniae, Rex dictarum in-
 scriptionum & Priuilegiorum suorum Diplomate Maie-
 statis ipsius Sigillo munito, Authoritate & consensu Sena-
 torum suorum pro more adhibito, confirmationem
 ipsi dabit. Cui quoque, quod fidelem hucusque Serenis-
 simo Daniae Regi se praestiterit, plane fraudi non erit;
 sed Serenissimus Poloniae Rex oblitterata omni offensa,
 Sua eum clementia & gratia prosequetur. Ille vero vi-
 cisim, vel ipse si bona ista sua possidebit, vel per alium,
 cui pro rerum suarum necessitate ac statu ea possidenda
 tradiderit, eidem Regiae Maieitati debitam & fideli Va-
 fallo & subdito dignam fidem atque subiectionem prae-
 stare tenebitur. Eadem ratione caeterorum quo-
 que Nobilium & subditorum iura & priuilegia de
 bonis suis iusto titulo hucusque possessis, ipsis &
 eorum haeredibus non tam tempore huius Sere-
 nissimi Regis, quam omnium eius Successorum &
 Ordinum Regni atque etiam aliorum Domino- p. 11.
 rum, ad quos Dioecesis ista successu temporis quo-
 cunque iure peruenire possit, salua esse, conseruari
 atque a Serenissimo Poloniae Rege, Authoritate & con-
 sensu Senatorum suorum accedente confirmari debebunt;
 qui pari erga eandem Regiam Maiestatem fide atque
 subiectione obstringentur. Si quis quid vel emptionis
 vel Hypothecae aut pignoris titulo possideat, sine legitima
 iuris cognitione, de facto ea possessione minime de-
 turbari, sed in ea tantisper retineri & conseruari debbit,
 dum legitima de iure fiat cognitio. Et si quis vel pretium
 vel

vel mutuuum in bona aliqua a se expensum, solutum & numeratum esse docuerit, a legitimo vindicatore bonorum ante cessionem iuste eidem persoluetur atque refundetur. Bona, fundi, praedia, domicilia, coloni & id genus alia, in hoc tumultu atque controuersia alicui adempta atque occupata, legitimo Domino & Possessori sine omni mora, tergiuerfatione aut difficultate restitui & tradi debent. Hac restitutione facta & conditionibus hisce omnibus completis, eius Episcopatus Nobiles & subditi iuramento, si quo Serenissimo Daniae Regi obstricti fuerunt, absolui, & Serenissimo Poloniae Regi nouo iureiurando obstringi debent; & tam huic, quam Successoribus illius, seu naturalibus suis Dominis, nec non inclyto Poloniae Regno omnem fidem, obedientiam, subiectionem subditis fidelibus dignam atque conuenientem praestare tenebuntur: Illis vicissim omnium eorum quae de conseruatione Religionis, Iurium, Priuilegiorum atque bonorum in hisce conditionibus promissa atque recepta sunt, inuiolata conseruatio & Regalis contra omnem vim & iniuriam, quae caeteris Regni incolis debetur, defensio, iustitia atque patrocinium praestabuntur. Contributionibus quoque exactionibus & vectigalibus inusitatis & extraordinariis, & ab reliquis Ordinibus Poloniae Regni non laudatis, vel receptis atque collatis, eius Episcopatus subditi minime praegruari debent; sed eorum eadem, quae caeterorum incliti Poloniae Regni incolarum ac fidelium subditorum habebitur ratio. Quia etiam manifestum est, durante hac controuersia & hostilitate, bona & subditos eius Episcopatus omni fere supellectile, pecoribus atque etiam facultatibus omnibus orbatos, destitutos atque ex-

tos esse: ita, vt tam facile se colligere & res domesticas suas restaurare non possint, pietatis atque aequitatis arbitrium est, & fieri placuit, vt eius districtus subditi annis quinque sequentibus ab omnibus exactiōibus, expeditiōibus, oneribusque publicis vacent atque immunes habeantur, nec durante eo tempore, vllō modo iis aggrauentur, nisi pro sua erga Dominum & Patriam fide, urgente necessitate publica, sponte quid interim conferre velint; tempore autem eo exacto, communi cum reliquis Regni subditis forte censebuntur. Cautum praeterea est, vt quicquid nunc vel tormentorum, pulueris, globorum, instrumentorum bellicorum, armorumue, quicquid etiam suppellectilis & aliarum rerum mobilium in arce Piltensi asseruatur, id omne hac transactione confecta, quam primum vel Serenissimo Daniae Regi, vel ad quemcunque alium id pertinebit, sine impedimento auferre atque exportare liceat. Si qui etiam captiui p. 14. vtrinque reliqui fuerint, sine pretio & culpa restituentur, & secure dimittentur, vel, si quis etiam manu stipulata dimissus fuerit, is ea sponsione atque obligatione per hanc ipsam Transactionem liber & solutus esse debet. Hisce Transactionis capitibus rite completis & praestitis, Serenissimis Daniae Rex, vti se facturum diserte recepit, Serenissimo Poloniae Regi totum hunc Curoniae Episcopatum cum omni iure, dominiis, vsufructu, caeterisque ad eum Episcopatum pertinentibus, quemadmodum in suis limitibus & metis ab Illustrissimo Duce Magno piae memoriae possessus atque vsurpatus fuit, pro Se & Serenissimis Successoribus Suis resignare, cedere & plenissime tradere tenebitur; quemadmodum Sereni-

- tas Sua vigore huius Transactionis, id ipsum quam fieri potest, plenissime concedit & tradit, nihil in perpetuum Sibi aut Serenissimis Successoribus Suis iuris aut Domini in hoc Episcopatu referuans. Atque haec superiora omnia intuiolate obseruare, complere & re ipsa praestare, omnique dissensione sublata, sinceram amicitiam, bonam-
- P. 15. que vicinitatem colere, vtraque Regia, tam Poloniae, quam Daniae Maiestas, sub verbo & Dignitate Sua Regia, pro Se & Successoribus, & Ordinibus Regni sancte receperunt, atque promiserunt, id ipsum huius Transactionis vigore iterum fide bona recipientes, promittentes atque confirmantes. In quorum omnium indubitata fidem atque confirmationem & rei veritatis testimonium, huius Transactionis formulae bina diplomata eiusdem tenoris & vocis in Pergameno descripta; & horum vnum Serenissimi Poloniae Regis, & eiusdem Regni Senatorum manibus & sigillis; alterum Serenissimi Daniae Regis, eiusque Regni Senatorum manibus & sigillis, vtrumque autem Illustrissimi quoque Principis Marchionis in Prussia Ducis, tanquam Intercessoris & Arbitratoris manu & sigillo notata, signata atque corroborata, & singula Diplomata singulis Serenissimis Regibus transmissa atque tradita fuerunt. Confectum est hoc Diploma in Regia arce Cronaburga die decimo mensis Aprilis, Anno salutis humanae M. D. LXXXV.
- P. 16. Cum igitur praeinserta Transactio inter commemoratos Serenissimos Principes non solum ipsorum Principum Consilio atque Authoritate, verum publico etiam vtriusque Regni Ordinum consensu inita, suscepta, perfectaue fuerit, Nos quoque SIGISMUNDUS Rex praeinsertae Transactionis condi-

conditionibus per omnia satisfacere cupientes, cum Consilio & Consensu Senatorum, Consiliariorumque Nostrorum lateri Nostro affidentium eandem Transactionem in omnibus eius punctis, conditionibus, capitibus pro Nobis Serenissimisque Successoribus Nostris confirmandam, ratificandam, roborandamque duximus; quemadmodum quidem confirmamus, ratificamus roboramusque praesentibus hisce, promittentes verbo Nostro Regio: cum ipsam Transactionem in omnibus eius clausulis & conditionibus Nos, Successoresque Nostros inuiolabiliter seruatu-
 uros, tum maxime Nobilitatem vniuersam, omnesque incolas commemorati Episcopatus Curoniae in omnibus Iuribus, libertatibus, possessionibus, inscriptionibus ac priuilegiis, quae beneficio & vigore commemoratae Transactionis pertinere ad illos possint, sedulo Nos, Successoresque nostros conseruatu-
 uros manutenturosque. P. 17.
 In quorum omnium fidem, & euidenti-
 us testimonium hasce manu Nostra subscripsimus, sigillisque Regni Nostri & M. D. Lithuaniae obsignari iussimus. Datum Varsaviae in Comitibus Regni generalibus die 18. mensis Aprilis, Anno Domini M D LXXXIX. Regni Nostri Anno secundo. Praesentibus Reuerendis-
 simis, Reuerendis, Illustribus, Magnificis & Generosis, Georgio Duce in Olika & Nieswiecz, Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinale Radiuilo, Episcopatus Vilnensis perpetuo Administratore; Bernhar-
 do Maczieiowski, Luceorien-
 se; Laurentio Gosliezki, Chel-
 men-
 se; Alberto Baronowski, Praemisliense, Regni Poloniae Vicecancellario, Episcopis; Ioanne Kizka Vilnense, Brzesczenque; Petro de Potulicze, Callisliense, Wiffogrodenque; Ioanne Chlebowicz, Trocense, Radoskomiense,

- Vpitenque; Nicolao Christophoro Radzyvil, Duce in Olika & Niesvicz, Castellano Trocense Saulenque; Ioanne Splawski, Inniuladislauienne; Nicolao Herbolt Ruffia, Ianuffio Duce Ostrofae, Volhyniae; Ioanne a Sienno Podoliae, Hrodlense, Corstinenque; Georgio Zielienſki, p. 18. Plocense, Mlauenque; Stanislaſo Kryski a Drobnin Maſouiae, Plocense, Dobrzyne Stanislaouienne; Stanislaſo Radziminfki, Podlachiae Liuenſe Camenecenque; Stanislaſo Goſtomski de Lecenicze, Rauense, Radomienne; Ianuffio Zbaraski, Palatino Braczlauienne, Krzemenecenque, Palatinis & Capitaneis; Stanislaſo Comite a Tarnom, Sendomirienne Büſcent & Stobnicense; Ioanne Comite a Tenczyn, Voinicense, Lublinense, Parezouienne; Paulo Szawinski, Lanciense, Sacrae Regiae Maieſtatis aulae Magistro; Ioanne Lesniowolski de Obory, Czernense Pernauienne in Liuania; Martino Lesniowolski de Obory Podlasiae, Zatorien, Loſficenque; Ioanne Dułski, Culmense, Supremo Theſaurario Regni Noſtri Branſcense, Surafense, Rogoznense, Succenque; Christophoro Romorowski Sandecense; Ioanne Koczozeleccki, Miedzerſecense; Nicolao Firley, de Dambrouicze, Biecenſe, Referendario curiae Regni Korczyne, Caſymirienne; Georgio Mniffleck de mag. Runezycze, Ramodienne, Sanocense, Samborienſe; Ioanne Myskowski de Mirow, Tarnouienne; Ioanne Ofowski de Mirow, Tarnouienne; p. 19. Ioanne Offowski, Polanecense; Hieronymo Goſtoſki, Naklense, Valcenque; Alberto Reczaſki, Varzauienne; Stanislaſo Minski, Zakroczimense; Ioanne Birkowski, Konarden Lanciense Syradienne, Caſtellanis & Capitaneis; Andrea Opalinski de Bnin, Supremo Regni Mare-

Mareschalco Maioris Poloniae Generalis Szrzenen, Lezciscen; Alberto Radziuil, Duce in Olika & Nieswicz M. D. Lithuaniae Mareschalco Caunenque; Ioanne Zamoi-ski de Zamoscie, Supremo Cancellario Exercit. Regni Generali Belzen, Marienburgen, Dorpaten, Knisfinen, Miedzierecenque, Leone Sapiha M. D. Lithu. Vicecancell.; Theodoro Skummin, M. D. Lithuaniae Supremo Thefaurario Olitenque; Stanislaŏ Przyemski, Mareschalco curiae Regni Koninenque, Officialibus & Capitaneis; Petro Thyliczki, Praeposito Gnesnen, Cracouien, Warmienque, Canonico Secretario Regni Maiore, Ioanne Tarnowski, Referendario Curiae Regni Cracouien, Vladislaiuen, Lanczycien, Krusuicienque, Praeposito; Ioanne Piotrowski, Decano Posnani-^{p. 20.}en, Canonico Cracouien; Ioanne Craffynski, Cantore Cracouien; Nicolao Myskowski. Crakouien; Stanislaŏ Dambski, Luceorien, Canonicis & Secretariis, aliis quam plurimis Officialibus, Secretariis & aulicis Noftris

Sigismundus Rex.

(L. S.)

Reinoldus Heidenstein,
Sacrae Regiae Maiestatis Secretarius.

(L. S.)

No. XII.

p. I. IOANNES CASIMIRUS Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Ruffiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Liuaniae, Smolensciae, Czerniechouiaeque, nec non Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Haereditarius Rex &c.

Significamus praesentibus Literis Nostris, quorum interest, vniuersis & singulis; quod, postquam fauentibus Superis, vnamini Ordinum omnium Consensu, ad inclyti Regni huius Gubernacula euecti, & Iure ac Maiestate Regali debita cum Solemnitate condecorati sumus, merito inter primas Regii Officii ac potestatis curas praecipuam & principalem duximus, vt Consilia factaque Nostra ad prouinciarum ac populorum Nostrorum tranquillitatem & subditorum quietem ac Securitatem, Ius & Iustitiam cuique administrando, & circa Iura atque immunitates illos conseruando dirigeremus. Quare, cum Nobis nomine Nobilitatis & Incolarum Episcopatus Curoniensis bina pergamena Priuilegia infra manibus Serenissimorum Diuae memoriae Sigismundi III. Parentis & Vladislai IV. Fratris Regum Praedecessorum Nostrorum subscripta, sigillisque Regni & Magni Ducatus Lithuaniae pensibilibus roborata, sana, salua & illaesa, omnique suspicionis nota carentia, in se continentia confirmationem Iurium Nobilium & Incolarum dicti Episcopatus Curoniensis, producta fuissent; supplicatum-

catumque Nobis humillime esset, vt eadem Priuilegia Auctoritate quoque Regia Nostra approbare & confirmare dignaremur. Quorum primi tenor is est, qui sequitur: In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam, Nos Sigismundus III. Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Rusfiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Liuoniae nec non Regni Sueciae proximus Haeres & futurus Rex; notum facimus hisce Literis Nostris, quorum interest, aut in posterum quoquo modo intererit, vniuersis & singulis. Postquam Diuina adspirante Gratia, omnium Ordinum ac Statuum inclyti Regni Nostri Poloniae & Magni Ducatus Lithuaniae, Rusfiae, Prussiae, caeterarumque Prouinciarum ad praefatum Regnum pertinentium, libera Electione Sacro Regni Diademate inaugurati effemus; nihil magis Nos in votis habuisse, quam vt omnium Ordinum & Statuum Regni Nostri subditos Regia Nostra Clementia, fauore & beneuolentia complectentes, ita gubernaremus, vt non solum ab omni hostili impressione tuti, sine iniuria in pace viuere, sed etiam Iuribus, Priuilegiis ac immunitatibus antiquitus obtentis libere vti & perfrui possint. Quo animo, cum iam ante in Conuentu felicitis Coronationis Nostrae, omnium incolarum Regni Nostri Iura & Priuilegia confirmassemus; ac vero nunc Nobilitas etiam, atque incolae Episcopatus Curoniae, Transactionem quandam inter Serenissimos quondam Diuae memoriae Stephanum, Decessorem Nostrum Poloniae, & Fridericum II. Daniae Reges de commemorato Episcopatu Curoniae susceptam atque institutam Nobis obtulissent, vtque peculiaribus etiam literis Nostris eam confirmarem, Nobis
suppli-

p. 2.

supplicassent: eo libentius faciendum id Nobis iudicauimus, quod in eadem Transactione conseruanda non solum iura priuatorum, verum publicam etiam fidem verfar. intelligeremus. Tenor autem Transactionis eius estis, qui de verbo ad verbum sequitur.

p. 3.

Transactio ipsa.

Cum igitur praeinserta Transactio inter commemoratos Serenissimos Principes, non solum ipsorum Principum Consilio atque Authoritate, verum publico etiam vtriusque Regni Ordinum Consensu inita, suscepta, perfectaue fuerit: Nos quoque Sigismundus Rex praeinsertae Transactionis conditionibus per omnia satisfacere cupientes, cum Consilio & Consensu Senatorum Consiliorumque Nostrorum lateri Nostro asidentium eandem Transactionem in omnibus eius punctis, conditionibus, capitibus pro Nobis, Serenissimis Successoribus Nostris confirmandam ratificandam roborandamque duximus; quemadmodum quidem confirmamus, ratificamus, roboramusque praesentibus hisce; promittentes verbo Nostro Regio, cum ipsam Transactionem in omnibus eius clausulis & conditionibus Nos, Successoresque Nostros inuiolabiliter seruaturos, tum maxime Nobilitatem vniuersam, omnes incolas commemorati Episcopatus Curoniae in omnibus Iuribus, Libertatibus, Possessionibus, Inscriptionibus ac Priuilegiis, quae beneficio & vigore commemoratae Transactionis pertinere ad illos posfit, sedulo Nos, Successoresque Nostros conseruaturos, manutenturosque. In quorum fidem omnium & euidentius Testimonium haec manu Nostra subscripsimus, Sigillisque Regni Nostris & Magni Ducatus

catus Lithuaniae obfignari iuffimus. Datum Varfauiæ in Comitibus Regni Generalibus die 17. Menfis Aprilis, Anno Domini M D LXXXIX. Regni Noſtri Anno Secundo.

In præſentia Reuerendiſſimorum, Reuerendorum, Illuſtrium, Magnificorum & Generoſorum Georgii Ducis in Olyka & Nieſwicz, Sacrae Romanae Eccleſiae Cardinalis Radium, Cancellariorum & Secretariorum aliorumque quam plurimorum Officialium &c.

Sigismundus Rex.

Heidenſtein,

Secretarius Regiae Maieſtatis.

Secundi vero Priuilegii ea eſt de verbo ad verbum p. 4.
feries, quae ſequitur:

VLADISLAUS IV. Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Ruſſiae, Pruſſiae, Maſouiae, Samogitiae, Liuaniaeque, nec non Suecorum, Gotorum, Vandalorum Haereditarius Rex, Electus Magnus Dux Moſchouiae; ſignificamus præſentibus literis Noſtris, quorum intereſt, vniuerſis & ſingulis. Perfectiſſimam Imperii gubernandi rationem, Iurium integra conſeruatiõne & immunitatum Patriae propenſa defenſione potiſſimum conſiſtere tam certo naturalis experimenti adminiculo, quam uſu communi, & probatis Sapientum traditionibus compertiſſimum continua ferie animorum latiſſime teſtatur. Cui Sereniſſimi Anteceſſores Noſtri, Reges Poloniae fortiſſime inſiſtentes, tutandam florentiſſimam Regni huius integritatem bene conſiderantes ad id facillime propendebant: vt Iura Priuilegia & inclyti Regni Sui Immunitates per Anteceſſores Suos benigne collatas per Se & Sereniſſimos Succeſſores Suos conſeruandas, & manutenentes ad firmius ipſarum

robur priuilegijs cumulatisſime dotatas confirmarent & confirmatas ſerae traderent poſteritati. Nec iniuria: Iurium enim Patriorum & Integritas immunitatum ad tutanda Imperia Ciuibus ardentisſimo eſt incitamento. Quo ducta vniverſa Curoniens ſis Episcopatus Nobilitas ad tutandas eaſdem Libertates & Immunitates ſuas, in Transactione, de Episcopatu praefato inter Sereniſſimos Stephanum, Poloniae, Anteceſſorem Noſtrum, & Fridericum II., Daniae Reges, ſibi benigne conſeſſas, ſeruitijs Sereniſſimorum Noſtrorum Anteceſſorum ſincere & fideliter deuoti, in expeditione Liuonica hoſtiles conatus confringentes, & eorundem acerrimos virili impetus pectore reprimentes, fido & inuictō animi robore, in praefandis Reipublicae ſeruitijs dexteritatem & fidelitatem ſuam perabunde commonſtrarunt, declarantibus id ipſum Kirchholmenſi & Dunamundenſi aliisque permultis expeditionibus, quibus amorem libertatum propriarum non ſolum totius Patriae, ſed Noſtrae quoque Maieſtatis dignitatem, vt veri Ciues & Filii non ſine ſingulari Officiorum ſuorum dexteritate, ſat abunde teſtati ſunt. Probatum itaque hoc ipſorum, tam de Sereniſſimis Regibus Poloniae, Anteceſſoribus Noſtris, quam de Republica bene merendi ſtadium, & ſtrenua in Patriae deſenſione dexteritas, reciprocam Noſtrae munificentiae poſcit regratificationem; ex ea potiffimum ratione, vt digne virtus praemiata meritis, gaudens honoribus, altiores Sui Cordibus Ciuium infigat radices, & ardentiores concitet amores. Proinde exhibitas per Ipſos Literas Pergameneas manu Sereniſſimi Diuae memoriae Sigismundi III. Regis, Anteceſſoris Noſtri & Parentis Chariffimi ſubſcriptas, Sigillisque Regni & Magni Ducatus Lithuaniae communi-

munitas, de Dato Varſaviae in Comitibus Regni Generalibus die 17. menſis Aprilis, Anno Domini MDLXXXIX, continentes in ſe Transactionem inter Sereniſſimos Stephanum, Poloniae, & Fridericum II. Daniae Reges, ratione Curoniensis Episcopatus, morte Illuſtriſſimi Principis in Liuonia Episcopatum Ofiliae, Vici nec non Curoniae Domini, vacantis, mediante Illuſtriſſimo Principe Georgio Friderico, Marchione Brandenburgensi, Duce in Prussia, in Arce Regia Cronaburga dicta, die decima menſis Aprilis, Anno milleſimo quingentefimo octuageſimo quinto factam, Authoritate Noſtra Regia approbandam & confirmandam eſſe cenſuimus. Cuius quidem Transactionis modo praemiſſo factae articuli & conditiones, Authoritate Sereniſſimorum Regum praefatorum & Subditorum vtriusque conſenſu inito ſequuntur in tenore tali.

Transactionis ipſius puncta.

Cum itaque praefatam Transactionem ad bonum & incolumitatem Reipublicae plurimum conducere videamus, pro inde ipſam non multo ante tempore modo, vti praemiſſum eſt, per Sereniſſimum Parentem Noſtrum confirmatam, deinceps in omnibus ipſis punctis, conditionibus, clauſulis, articulis, nexibus, capitibus, (pro Nobis Sereniſſimisque Suceſſoribus Noſtris id ipſum facturis promittentes) confirmamus, ratificamus, roboramusque praesentibus Literis Noſtris, eandemque in omnibus ipſis punctis & articulis, tum & Nobilitatem vniuerſam, omnesque Incolas memorati Episcopatus Curoniensis, in omnibus Iuribus, Libertatibus, Poſſeſſionibus, Inſcriptionibus ac Priuilegiis, quae beneficio & vigore commemoratae Transactionis ad Illos pertinere poſſint, inuiolabiliter

p. 6.

feruaturi fumus; quod & Serenissimi Successores No-
ftri praestabunt. In quorum fidem & euidentius testi-
monium praesentes manu Nostra subscriptas, Sigillis Regni
& Magni Ducatus Lithuaniae communiri mandauimus.
Datum Cracouiae in Comitibus Generalibus felicis Coronati-
onis Nostrae, die 14. Mensis Martii, Anno Domini 1633.
Regnorum Nostrorum Poloniae & Sueciae primo Anno.

Vladislaus Rex.

Martianus Tryzna,

Referendarius & Not. M.D.L. manup.

Nos itaque IOANNES CASIMIRUS,
praenominatus Rex, eo attento, quod praeinserta
Priuilegia ad bonum & incolumitatem Reipubli-
cae plurimum conducant; proinde eadem in omni-
bus punctis, clausulis, articulis & conditionibus appro-
bamus & confirmamus, Nobilitatemque vniuersam ac
omnes incolas Episcopatus Curoniensis circa eadem Pri-
uilegia omniaque Iura, Libertates, Possessiones, atque
Inscriptiones conseruari volumus & decernimus praesen-
tibus hisce Literis Nostris. In cuius rei fidem praesentes
manu Nostra subscriptas, Sigillis Regni & M. D. Lithu.
communiri mandauimus. Datum Cracouiae in Conuentu
Regni Generali felicis Coronationis Nostrae, die decimo
mensis Februarii, Anno Domini M DC XLIX. Regno-
rum Nostrorum Poloniae & Sueciae primo Anno.

Ioannes Casimirus Rex.

Procancellariatu Illustrissimi Casimiri
Leonis Sapieha. Rescript.

(Sigillum pensile)
(Maus Regni.)

Ioannes Casimirus
Vmiastowski.

S. R. Maiestatis Secret. manup.

(Sigillum pensile)
(minus M.D. L.)

No. XIII.

Extractum Constitutionis Liuoniae, de Ao. 1583.
die 4. Decembris, Correctionis Episcopatus
Vendenfis.

Imprimis Deo Optimo gratias pro Victoria concessa
agentes, ad eiusque cultum actiones Nostras referen-
tes, fundauimus Episcopatum in eadem Prouincia,
in locum Archi-Episcopatus & Episcopatum, qui fue-
runt superioribus temporibus primum discordia inter-
na, deinde vero hostili gladio exterminati. Cuius fedes
Vendae futura est; vbi etiam Canoniorum Collegium
instituumus ac item per Ciuitates, Oppida & Villas No-
stras Regales, Parochias & Scholas ritus Catholici
ereximus.

No. XIV.

Extractum Foundationis Episcopatus Vendenfis
de Anno 1582. die 3. Mensis Decembris, Correctionis
Diui Stephani, S. olim Regis Poloniae.

Et si autem melioribus temporibus, plures etiam iis
in locis Episcopatus floruisse, inquirendo reperie-
bamus, facile tamen vel praefens Prouinciae eius
tam afflictæ exhaustæque fortuna, vel superiorum et-
iam aetatum exempla, capitalesque ac exitiosae Prouin-
ciae eius inter plures Magistratus dissensiones Nobis per-
suaserunt, vt rectissime tum Ecclesiae, tum Pro-
uincia

uinciae eius rationibus Consulturi Nos statueremus, si vnum in ea saltem Sacerdotum Caput Episcopumque esse vellemus, ad eumque omnem rerum Ecclesiasticarum Autoritatem curamque deferremus, itaque &c. &c.

Ac licet pro Prouinciae eius tam afflictæ tenuitate, seu potius vastitate, & Nostrae in Ecclesiam Pietatis & eiusdem Dignitatis, quantum haberi potuit maximam Nos rationem habuisse arbitremur: quod si tamen reliqua quoque Liunia, quae a Rege Sueciae iam vsurpatur, Regno Nostro & ipsa adiuncta fuerit, ex ea, benignitatis Diuinæ accessione, ad Ecclesiae etiam illius commoda ornamentaque libenter Nos quoque aliquid adiecturos, hisce recipimus.

No. XV.

Extractus Heidensteinii Lib. VII. Rerum Polon.
pag. 209.

Maxime vero in propagationem religionis Catholicae, in provincia ea Rex incumbens, cum sine Episcopo non modo subsistere, sed ne pedem quidem ponere ibi posset, quemadmodum supra ostensum est, loco omnium Liuniaepiscopatum, vnum Vendensem Varfauiae iam fundandum constituerat, literasque ea de re Romam miserat.

Verum nouum Romanis visum, a Rege Episcopatus fundari; in benigniorem tamen partem re accepta, cum non mirandum esse vltro ostenderent, si Rex & Aula militaris, armorum quam iuris Pontificii peritior esset,
maxime

maxime autem, quod in hac iniquitate temporum, quibus potius profanarentur Episcopatus instituti, quam noui instituerentur rarissima res esset: dotari quidem a Regibus, fundari autem non nisi a summis Pontificibus rescriptum. Non sine causa etiam requisitum, qua ratione Archiepiscopatus, quatuorque aliorum, Dorpatensium, Reualiensium, Ofiliensium, & Curoniae Episcopatum loco, vnus solus, isque neque magnus valde, neque multis possessionibus attributis constitueretur. P. 2.

Verum cum Diplomate foundationis in supplicem libellum verso, de Episcopatibus, Reualiensium, Ofiliensium, Curoniae, partim in Sueci, partim Dani, partim Magni potestate adhuc esse, Archiepiscopatum autem, Dorpatensemque Episcopatum iniuria temporum, quibus Archiepiscopus ipse a fide Catholica defecisset, partim in varios possessores distractos, partim ob tot Principum in vna prouincia disfidia, singulorumque imbecillitatem, superioribus temporibus vltro in hostis potestatem, prouinciam, ipsosque Episcopatus venisse spesque auctoris alicuius, si reliqua recuperarentur, facta simul fuisset, perfecta res fuit.

No. XVI.

Extractum Decreti Regii Diui Sigismundi III.
Regis Poloniae de Anno 1619.

Nos cum Consiliariis lateri nostro assidentibus, audita diligenterque examinata partium Controuersia, eoque considerato, quod Actor modernus non solum

solum tanquam Episcopus Vendenſis, qui Episcopatus in locum priorum omnium Episcopatum in Liuania & Curonia existentium ſolus per Sereniſſimum olim Stephanum, Regem Poloniae, Anteceſſorem Noſtrum conſtitutus eſt; verum etiam vigore Priuilegii Noſtra Nobis ad id ſpecialiter obtenti agit: ideo Actorem Competentem eſſe adinuenimus, decreuiſque, quatenus Citatus coram Nobis reſponderet. Reſpondente itaque Citato Incompetentiam Actionis, eo, quod Actor Episcopatum prius Curoniensem, tanquam rem principalem vindicare debeat, deinde quod Transactione ea omnia ſopita ſunt, obiiciente: Nos vero cum iisdem Conſiliariis Noſtris ex partium Controuerſia, eo attento, quod Episcopus Vendenſis non ſolum in locum Episcopi Curoniae, verum etiam aliorum Episcoporum Liuaniae, vti praemiſſum, conſtitutus eſt, Transactioneque per Citatum allegata nihil de eiusmodi ſuppellectile Eccleſiaſtica in ſe continet, ideo reiecta ea exceptione Citati, competentem actionem eſſe adinuenimus, decreuiſque, vt Citatus directe reſponderet &c.

No. XVII.

Extractum Decreti Regii Diui Sigismundi III.
de Anno 1622.

Nos vero cum iisdem Conſiliariis Noſtris lateri Noſtro aſſidentibus, documentis & allegationibus partium probe examinatis, inquisitioneque, quam coram

coram Nobis perlegi fecimus, accurate considerata, eo animaduerso, quod tam ex documentis partis Actoreae, quam ex inquisitione eadem, nihil certi contra citatum modernum Wernerum Behr, ratione controuersae suppellectilis Ecclesiasticae Episcopatus Curoniae, elici ac deprehendi possit, imo vero ex quietationibus supra recensitis per citatum productis non obscure apparet, suppellectilem eandem Ducem Magnum ad se recepisse, ac post mortem ipsius in Daniam apportatam esse, citatusque eandem penes se extare firmiter negat; ideo eundem citatum Wernerum Behr ad euadendum iuramento corporali Contenta propositionis Actoris propriorem esse adiuuenimus, decernentes, quatenus idem conuentus Wernerus Behr in supplementum, circa eandem negatiuam suam, iuramentum corporale coram Iudicio terrestri Piltenfi, duodecim septimanis, a Dato praesentium computando, cum sex testibus praestet, in eam iuramenti rotam: quod nimirum Antecessor ipsius, Vlricus Behr, Praepositus Hasenpothenfis suppellectilem eandem Ecclesiasticam templorum Episcopatus Curoniae, ratione cuius ad praefens agitur, non recepit, & in usus suos non conuertit, neque ea suppellex aurea & argentea iure haereditatis ad ipsum deuoluta est, nihilque apud se citatum ex ea reperitur; quod quidem iuramentum postea quam idem citatus modo praemisso praestiterit, ex tunc a causa & impetitione Actoris, ratione praemissorum, perpetuo liber & absolutus esse debbit.

No. XVIII.

Extractum Constitutionis de Anno 1611.

Nobilitatem Districtus Piltensis penes antiqua priuilegia & de iure & iustitia inter se ipsos celebranda; penes antiquas ipsorum consuetudines, prout ante hac fuit, relinqui volumus; in quibus Illustrissimi Duces Curlandiae, qui ius Starostiam in Districtu Piltinensi sitam redimendi habent, illis non praeiudicio sint, neque in celebrandis iudiciis in locis solitis illis vllum impedimentum afferre debeant. Nam appellatio ab ipsorum iudicio nullibi, quam ad Nos & Nostra iudicia interponatur, prout in causis iudiciariis Liuoniae.

No. XIX.

P. I. **N**os Ioannes Kuczborski, Dei & Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Culmenfis & Pomesaniae; Adamus Talwois Samogitiae; Maximilianus Przerabski, Zawichastensis Castellani, Capitaneus Petriwuiensis; Guilielmus Kochanski, Sacrae Regiae Maiestatis Secretarius; Serenissimi & Potentissimi Principis ac Domini, Domini SIGISMUNDI III. DEI Gratia Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae, Ruffiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Liuoniaeque &c. nec non Suecorum, Gotorum, Vandalorumque Haeredi-

reditarii Regis, Domini Nostri Clementissimi, Ordinumque Regni Poloniae ac Magni Ducatus Lithuaniae, in Ducatum Curlandiae & Semigaliae, Districtumque Piltensem plena cum potestate ablegati Commissarii.

Significamus praesentibus literis Nostris, quorum interest, vniuersis & singulis; Quod, cum Commissione Sacrae Regiae Maiestatis, Domini Nostri Clementissimi iniunctum Nobis esset, vt in Districtum Piltinensem Nos conferremus, ibidemque, indicto & publicato Conuentu, statum Districtus illius inspiceremus, Iudices & Iudicia constitueremus, in rebelles & contumaces, Mandatisque Sacrae Regiae Maiestatis minus obsequentes, Ordinationumque eiusdem Sacrae Regiae Maiestatis suppressores & detentores animaduertemus, grauioris momenti causas & controuersias Nobilium cognosceremus, Appellationum ad Sacram Regiam Maiestatem interponendarum modum praescriberemus, Praefectum Piltensem constitueremus, eumque Sacrae Regiae Maiestati & Reipublicae fidei iuramento obstringeremus, Decreta Sacrae Regiae Maiestatis executione demandaremus, liberum Catholicae Romanae Religionis exercitium nouumque Calendarium promulgaremus, aliaque ex praescripto Mandatorum Sacrae Regiae Maiestatis perageremus, ea omnia Nos in Conuentu Nobilitatis ad diem 27. Mensis Martii Hasenpothi a Nobis indicto habitoque, Iurisdictione Nostra Commissoriali ibidem promulgata, pro fide & officio Nostro, re cum Nobilitate communi-

p. 2.

cata, ad praescriptum Mandatorum Sacrae Regiae Maieftatis fequentem in modum conftituiffe & fanxiffe, prout conftituimus fancimus & promulgamus praefentibus literis Noftreis.

p. 3. Inprimis ne in pofterum a quoquam in colenda libere Catholica Romana Religione metus praetendi poffet, Authoritate Sacrae Regiae Maieftatis confenfuque vniuerfae Diftrictus huius Nobilitatis, hoc in vim legis perpetuae fancimus, vt nimirum liberum fit incolis huius Diftrictus, cuiuscunq; ftatus & conditionis, hominibus Religionem Catholicam profitentibus, vel eam profiteri volentibus, iuxta praefcriptum Romanae eiusdemque vniuerfalis Ecclefiae, Sacella, Tempa & Scholas aedificare, vel antiqua in bonis fuis accommodare, Sacerdotes Catholicos quoscunq; accerfere, eorumque ministerio in Sacris pro fe, familia, fubditisque fuis vti; Magiftratus vero Politicus vt ex officio & fub graui indignatione Sacrae Regiae Maieftatis teneatur tueri & defendere ab omni vi & iniuria loca facra, hominesque Religionem Catholicam Romanam profitentes, vel eam docentes, rudesque Catholica fide imbuentes. Ad munia quoque publica Catholicis, qui ex iis in Diftrictu hoc idonei fuerint, liber aditus effe debet.

p. 4. Calendarium nouum in omnibus imperio Regiae Maieftatis fubiectis Prouinciis receptum Nobilitas quoque huius Diftrictus vniuerfa ad requifitionem Noftream, Sacrae Regiae Maieftatis Nomine factam, alacri animo recepit, quod vt ad Feflum proximum Sancti Ioannis Baptiftae, praefentis Anni millefimi fexcentefimi decimi feptimi, publice etiam per Confiliarios introducatur pro-

promulgeturque, per Ministros etiam Ecclesiarum ad notitiam omnium deducatur, ac deinceps ab omnibus constanter obseruetur, Authoritate Nostra Commissoriali sub graui Sacrae Regiae Maiestatis indignatione constitutum edicimusque.

Iudicia in posterum secundum leges & Ordinationem Sacrae Regiae Maiestatis Anno 1611. Districtui huic concessam, moderatione tamen, quam nonnullis in punctis hac fecimus Ordinatione, obseruata, exerceantur. Si quid tamen ex legibus in Curlandiae & Semigalliae Ducatu, Authoritate Nostra Commissoriali promulgatis Nobilitati Districtus Piltensis vsui esse possit, id, quantum ratio status Districtus eiusdem patitur, vt in vsu suum quoque Nobilitas referat, potestatem illi facimus.

Iudices & Consiliarios Terrestres constituimus hos septem: Generosos nimirum Reinholdum Brakell; Hermannum Maydell, Sacrae Regiae Maiestatis Cubiculi familiares; Wernerum Behr, Illustrissimi Principis Electoris Consiliarium, Archimareschallum Vendensem; Fabianum a Rosen; Alexandrum a Sacken; Fridericum Brunau, & Magnum a Brinken; in posterumque totidem numero sint, qui a Nobilitate Sacrae Regiae Maiestatis confirmatione accedente eligentur, qui Iuramentum de officio fideliter administrando iureque dicendo praestabunt, ea forma, quae in Ordinatione Sacrae Regiae Maiestatis praescribitur.

P. 5.

Notarium Terrestrem Iudicii & Districtus Piltensis creamus Generosum Engelbertum a Mengden, qui ius dicendae sententiae in Iudicio habebit, neque vero eidem

officio in posterum etiam, nisi Nobilis, electione Iudicii praeficietur.

p. 6. Iudicium illud in Districtu hoc Nobilitate fit vnicum, Iudicio inferiore, quod rationibus Districtus huius minus commodum asseritur, sublato: quo ambages & protelationes Iudiciorum causarumque in posterum vitentur, disceprationes & controuersiae partium non in scriptis, sed ore tenus & summarie proponantur, meritaque causarum sententiis & Decretis inferantur, Citationes & Mandata solus Praeses Iudicii requisitus a partibus subscribat, atque sub Sigillo publico edat.

Appellationes omnes in causis, quae summam quadringentorum florenorum excefferint, ad Iudicium Sacrae Regiae Maiestatis deuoluantur, habebuntque terminum, in iudicio Sacrae Regiae Maiestatis, proximos quosque menses Martium & Octobrem cuiusque anni.

In causis Criminalibus honoremque tangentibus libera cuique fit ad Sacram Regiam Maiestatem Appellatio, exceptis causis criminum recentium, inuasionum, spolii, deflorationis & raptus foeminarum, depraedationum, homicidiorum dolo atque ex insidiis factorum. In causis mere Ciuilibus Appellans in possessione, priusquam Appellatio illi concedatur, Appellato in casum succubitionis de damnis & expensis refarciendis cauebit, eaque praestabit, si Appellationem temere interpositam fuisse, Decreto Sacrae Regiae Maiestatis iudicatum fuerit.

p. 7. Siquis Consiliarios & Iudices Piltenses Citationibus temere ad Iudicium Sacrae Regiae Maiestatis euocauerit, damna & impensas eam in rem a Iudicibus factas refundat.

In executione Decretorum facienda, si ii, quorum id muneris erit, negligentes fuerint, poena triginta Vngaricorum mulctentur, partique grauatae damna omnia refundant.

Mandata aduersus executionem impetrata impedimento non erunt, quo minus executio fiat, Mandataque eiusmodi impetrans multa viginti quinque Vngaricorum afficiatur. Quod si ea potentia aut contumacia iure victae partis fuerit, vt Consiliarii seu Iudices pares executioni faciendae non sint, tum vniuersa Nobilitas auxilio eis in executione facienda sit, a quo officio neque sanguinis cognatio, neque necessitudo, aut amicitia vlla quenquam excusabit, sub poena centum Vngaricorum cuius inobedienti irroganda, pro qua cuilibet liberum erit, contrauenientem ad Iudicium ordinarium citare.

Seruitium Nobilitatis equestre Sacrae Regiae Maiestati & Reipublicae debitum constituimus, vt in posterum non minus sit octuaginta equitum armis omnique apparatu bellico bene instructorum. Qui quidem equites proportionem & qualitate cuiusque Nobilis bonorum, ex assignatione & distributione quatuor Consiliariorum Terrestrium, totidemque ex Nobilium eum ad Actum Iuratorum praestabuntur, sub poena confiscationis bonorum vnicuique contrauenienti irroganda. p. 8.

Praefectos militares tota Nobilitas, vna cum Consiliariis, cum confirmatione tamen Sacrae Regiae Maiestatis constituet, quibus ab omnibus, qui signa eorum sequentur, honor & obedientia debita praestabitur, Praefectisque in delinquentes, ratione qualitatis delicti secundum

dum disciplinae militaris vsu, durante expeditione bellica, libera sit animaduersio.

Aerarium Prouinciale publicum Nobilitati constituendi potestas sit, ad quod omnes mulctae contributionesque publicae & collationes spontaneae conferantur; cuius aerarii administratio penes duos Consiliarios seniores & duos ex Nobilitate ad hoc Deputatos sit.

p. 9. Arcis Piltensis Praefectum, Authoritate Sacrae Regiae Maiestatis, ad praesentationem Illustris Sophiae Ducis Anspachianae, vti iure contra Ducem Wilhelmum in Iudicio Nostro Commissoriali vincentis, illiusque Illustris Fratris & Tutoris, Illustris Principis, Domini Christiani, Episcopi Mindensis, & Brunsvicensis ac Luneburgensis Ducis, constituimus Generosum Iacobum Godemannum, Sacrae Regiae Maiestatis Secretarium, isque Iuramentum fidei Sacrae Regiae Maiestati & Reipublicae coram Nobis praestabit hac forma: Ego N. iuro, quod Serenissimo & Potentissimo Principi & Domino, Domino SIGISMUNDO III. Dei Gratia Regi Poloniae &c. &c. eiusque Maiestatis Serenissimis Successoribus, Regibus Poloniae & Reipublicae fidelis ero, Arcem, praedia & bona Piltensia, cum in possessionem eorundem venero, in scia & inuita Sacra Regia Maiestate & Reipublica ac Illustrissima Ducissa Anspachiana, durante iure ipsius, nemini tradam, si quid Sacrae Regiae Maiestati & Reipublicae nociuum sciuerō, illud pandam, & pro posse meo auertam. Sic me Deus adiuuet & Sancta Christi passio.

Idem alique in posterum futuri Praefecti Piltenses in fide & obsequio Sacrae Regiae Maiestatis & Reipublicae esse & permanere debent. Quod si moder-

num

num Praefectum mori, aut cedere ea Praefectura contigerit, Illustrissima Ducissa Anspachiana Successoresque Illustritatis ipsius in Hypotheca Piltenfi, alium Praefectum sine scitu & consensu Sacrae Regiae Maiestatis non ordinabunt, neque alius ad hoc ipsum munus, nisi indigena Nobilis & in Districtu Piltenfi bene possessionatus, constituetur.

Haec Sacrae Regiae Maiestatis Autoritate & Mandato ordinata fancitaque Nos supra scripti Commissarii manibus Nostris subscripsimus Sigillisque consignauimus. Datum in oppido Hasenpoth Districtus Piltenfis, die IX. Maji, Anno Domini millesimo sexcentesimo decimo septimo.

(L.S.)

*Ioan. Kuzborski,
Episc. Culmens. &
Pomesaniae mpr.*

(L.S.)

*Adamus Talnois,
manu propria.*

(L.S.)

*Max. de Prze-
rebski. Cast. Za-
nichasten. Cap.
Petric. manu pr.*

(L.S.)

*Guil. Kochans-
ki, Sacrae Re-
giae Maiestatis
Secret.*

Praemissam Copiam Ordinationis Commissoria-
lis fideliter auscultatam & collationatam cum vero suo
Originali de verbo ad verbum concordare, sub appres-
sione Sigilli Iudicii Territorii Piltenfis attestor.

(L. S.)

*Ioh. Fridericus Schmiden.
S. R. M. Secret. & Terr. Piltenf.
Notar. manu propria.*

R

No.

No. XX.

Extractum ex Pactis subiectionis Liuoniae de
Anno 1561. die 28. mensis Nouembris.

Limites
Ducatus.

Atque conferimus primum totum illum tractum Curlandiae & Semigalliae, incipiendo a falso mari fursum, sequendo fluuium Hilgae, ascendendo ad antiquos limites, per Radziuilum inceptos & dispositos inter Samogitiam, Lithuaniam & Russiam, ab vna, & Liuoniam ab altera partibus, versus Districtum Polocensem ad Dunam Fluuium, descendente vero Duna vsque in mare salsum; adeo, vt quicquid in istis terminis cis Dunam, versus Lithuaniam continetur, & ad Ordinem Liuoniae spectabat, nunc & in perpetuum apud Illustritatem Suam & Eius haeredes masculos permaneat: curias videlicet, bona & Nobilitatem, quae ad arcem Dunenburgensem ex hac parte fluminis Dunae, versus Lithuaniam spectarunt.

No. XXI.

Praeterea inter caetera & hoc inter Nos & Illustritatem Suam conuenit, vt permutatione Episcopatus Curoniensis pro Soneburga arce, & curiis Leal & Hapsel Illustrissimus Holfatae Dux, Magnus, contentetur, quam ad rem Nostram illi recipimus operam, vt cum reliqua Curonia, Episcopatu quoque Curoniensi Illustritas eius potiatur.

No.

No. XXII.

Exemplum Regiae Maiestatis Confirmationis p. 1.
super Inſcriptionibus & Priuilegiis Anno 1589.

17. Aprilis.

In Nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam, Nos SIGISMUNDUS III. Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Liuoniaeque, nec non Regni Sueciae proximus Haeres & futurus Rex; significamus praesentibus hisce, quorum interest, huius & futuri temporis, vniuersis & singulis. Cum inter alias conditiones Transactionis inter Serenissimum quondam Principem Dominum Stephanum Diuae memoriae, Poloniae Regem, Decessorem Nostrum & Serenissimum itidem Principem, Fridericum, eius nominis secundum Daniae &c. Regem, de bonis Episcopatus Curoniae, post mortem Illustris quondam Principis Magni, Holsatiae &c. Ducis, vacantibus initae, haec quoque diferte recepta essent, vt prae caeteris Episcopatus incolis, Generosus Iohannes Behr, Arcis Piltenſis Praefectus, tanquam praecipuus Districtus eius incola, in pacata bonorum suorum possessione, vigore Inſcriptionum & legitime obtentorum Priuilegiorum suorum retineretur ac conseruaretur, maiorisque eius rei securitatis causa Serenissimus Decessor Noster dictarum Inſcriptionum & Priuilegiorum suorum diplomate, Serenitatis Suae Auctoritate & consensu Senatorum Suorum accedente

p. 2.

confirmationem ipsi daret, idemque a Commissariis Nostri Reuerendissimis, Magnificis & Generosis Georgio, Sacrae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinale Raduilo &c. Eiusdem Serenissimi Decessoris Nostri in Liouonia tum locum tenente, Ioanne Lesniowolsky de Obory, Castellano Zaczacziennen. & Capitaneo Pernauien. Procopia Pienazesk, Vendense Ronneburgenque, Capitaneo ad commemoratam Transactionem implendam, possessionemque bonorum Episcopatus eius accipiendam, designatis, peculiaribus literis cautum fuisset; interim vero, priusquam confirmatio huiusmodi in publicis Regni Comitibus edi potuisset, commemoratus Serenissimus Decessor Noster ex mortali hac vita discessisset, nunc, vt commemoratae Transactioni ex omni parte satisfaceret, cum eiusdem Generosi Ioannis Behr nomine, omnes & singulae Inscriptiones, Priuilegia & literae ipsius authenticae productae fuissent, vt ex eiusdem Transactionis Auctoritate, Nos quoque Nostra Auctoritate eandem confirmaremus, diligenter Nobis supplicatum fuisse. Sunt autem Inscriptiones & Priuilegia, quae sequuntur:

Priuilegium in bona Edwalen & Schleck' cum consensu Capituli in haereses vtriusque sexus, olim Domino Vlrico Behr, iure haereditario datum, quod ius suum administrationis Episcopatus cessisset Duci Magno, Episcopatu isto in statum secularem reformato. Datum est hoc priuilegium sub Sigillo Ducis Magni & Capituli nec non duorum praecipuorum Consiliariorum in arce Piltense 16. Ianuarii Anno M D LXI. subscriptum Ducis Magni manu, & Iacobi Vari Decani.

Lustratio & confirmatio limitum in bonis Schleck a
Duce Magno data in arce Pilten quinta Iunii
M D LXXVIII.

Priuilegium in bona Angermünda & duos alios pagos
Gros-Irrben & Pisen, in quo Priuilegio cum Consensu
Capituli permittitur illi, bona illa pro quatuor millibus
Thalerorum alteri oppignorata redimere, & postea etiam
iure haereditario, iusta Transaëtionem & solutionem factam, ad
se suosque haeredes transferre. Datum in arce Pilten die
Veneris post Bartholomaei M D LXII. sub Sigillis Magni p. 4.
Ducis & Capituli. Subscripserunt Dux Magnus & Iacobus
Varus Eccles. Curon. Decanus.

Aliud Priuilegium in eadem bona Angermündensia
cum supra positis duobus pagis, in quibus ea bona
conferuntur Ioanni Behr, iure haereditario pro summa
sedecim millium & plurium Thalerorum, partim tum in
pecunia numerata erogatorum, partim ante in exsoluenda
debita collatorum. Datum a Duce Magno, in curia
Edwalensi 8. Septembris M D LXXXI.

Priuilegium pagi Palgan, qui pagus illi datus est
ratione perceptorum frumentorum & aliorum mobilium,
valore duorum millium Thalerorum & catenae aureae,
valoris quadringentorum aureorum Rhenensium in auro
puro. Datur etiam illi locus certae mensurae & ad eum
locum pertinentia non nulla ad domicilium aedificandum,
prope arcem Piltensem. Datum a Duce Magno, in Arce
Pilten 17. Iunii MDLXXVIII.

Priuilegium in pagum Ledemen, qui in Districtu
Pilten situs est, impetratum a Duce Magno, ratione
expensarum & laborum in legationibus obeundis, & alias in

summis necessitatibus Ducis factorum. Datum in Arce Amboten 10. Augusti MD LXXX.

p. 5. Priuilegium in Officinam quandam Fabri ferrarii, & in omnia ad eam pertinentia, quae prope pagum Rapeden sita sunt. Datum a Duce Magno, in Arce Amboten die 5. Augusti Anno 1580.

Priuilegium, in quo remittuntur illi seruitia equestria, ratione nongentorum Thalerorum & aliarum expensarum, quae in summa necessitate Ducis Magni, in obeundis Legationibus ad Daniae Regem & alios Principes cognatos erogata sunt. Immunis esse debet a Seruitio, dum nongenti isti Thaleri illi refundantur &c. Datum a Duce Magno in curia Edwalensi 9. Septembris MD LXXXI.

Quae quidem singula Iura & Priuilegia omnia, lingua Germanica in membrana scripta, & quorum, propter prolixitatem eorum, summa & argumenta tantum inserta hic sunt, cum salua, integra atque illaesa in Originalibus producta coram Nobis fuissent.

Nos SIGISMVNDVS III. Rex, inhaerendo insistendoque commemoratae Transactioni inter commemoratum Serenissimum Decessorem Nostrum, & Serenissimum Daniae Regem quondam institutae, consilio, Autoritate, assensuque Senatorum Nostrorum accedente, eadem quoque Nostris literis praesentibus hisce confir-

p. 6. manda, approbanda, ratificanda roborandaque duximus, quemadmodum quidem in omnibus eorum punctis & clausulis, perpetuae & debitae firmitudinis robur habere eas debere decernentes confirmamus, approbamus, ratificamus, eundemque Generosum Ioannem Behr penes omnes

omnes singulasque possessiones & iura cum priuata ipsius, in quorum usu & possessione ad hunc vsque diem quiete ac pacifice fuit, tum omnia & singula beneficia, quae ex commemoratae Transactionis auctoritate, quocumque modo ad eum Successoresque eius pertinere possunt, ipsum, Haeredes & Successores ipsius, Nostro Successorumque Nostrorum nomine conseruamus & conseruabimus tuebimurque, Successoresque Nostri tuebuntur; hoc etiam diserte addentes, vt, cum idem Generosus Ioannes Behr, postquam summa, quae auctoritate Transactionis eius, Serenissimo Daniae Regi dependi praestarique debuerat, ab Illustrissimo Principe, Domino Georgio Friderico, Marchione Brandenburgensi, in Prussia Duce &c. Cognato Nostro Charissimo depensa fuisset, interimque pignoris iure eadem bona Illustritati eius obligata fuissent, ipse sua sponte ac voluntate eiusdem Illustrissimi in Prussia Ducis Iurisdictioni, quoad Illustritas eius Districtum eum obtineret, vltro se submisisset, si forte ab alio, quam a Nobis ipsis bona eadem deinde redempta fuerint, nullum hanc spontaneam eius submissionem eidem Generoso Iohanni Behr praeiudicium afferre debere: sed quemadmodum ex vi Transactionis eius Nobilitas districtus illius in Nosram Regnique Nostri ditionem immediate peruenit; ita maxime ipse etiam cum haeredibus suis, vt quibus Transactione ea prae caeteris nominatim cautum est, aliorum quorumcunque Possessorum iurisdictione exemptus, nullius alterius, quam Nostri Regnique Nostri & Magni Ducatus Lithuaniae Imperium auctoritatemque agnoscat. In quorum omnium fidem & euidentiis testimonium, haec manu Nostri subscripsimus,

Sigil-

Sigillisque Regni Nostri & Magni Ducatus Lithuaniae muniri mandauimus. Datum Varfauiae in Comitibus
 p. 8. Regni Generalibus, die 17. Mensis Aprilis, Anno Domini M. D. LXXXIX. Regni vero Nostri Anno secundo.

Praesentibus Reuerendisfimis, Illustreisfimis, Reuerendis, Magnificis & Generosis, Georgio Duce in Olika & Nieswiecz, Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinali Raduilo, Episcopatus Vilnen. perpetuo Administratore; Bernardo Macziewsky, Luccorien; Laurentio Gosliczki, Chelmen; Alberto Baranowsky, Praemislien, Regni Poloniae Vice-Cancellario, Episcopis; Christophoro Radzivil, Duce in Dubnicki & Bierze Vilnen, Magni Ducatus Lithuaniae exercitus Campi Ductore, Salicen, Boritzouien, Kokenhausenque; Ioanne Kiska, Vilnen Brzeszenque; Petro de Boluticze, Caliscien, Viszograden, Vsted, Radoskomien Vpitenque; Nicolao Christophoro Radzivil, Iure in Olika & Nieswiecz, Castellano Trocen, Saulenque; Ioanne Splawski, Iuniuladislaiuen; Nicolao Herbert, Rusiae; Ianusio, Duce Ostrosiae Volhiniae; Ioanne a Sienne, Podoliae Hrodlen, Constinenque; Georgio Zielenski, Plocen, Mlauenque; Stanislaio Krisky a Drobnin, Mazouiae, Plocen, Dobrcinen, Stanislaouienque; Stanislaio Radziminski, Podlachiae, Lincen, Camencenque; Stanislaio Gostomski de Lesenicze, Rauen, Radomienque; Stanislaio Gostomski de Lesenicze; Nicolao Dzialinski, Culmen, Bratinanienque; Ianussio Zbaraski, Palat. Brazlauen, Krzemenecenque, Palat. & Capitaneis; Stanislaio, Comite a Tarnow, Sendomierenque, Buscen & Slabnicen; Ioanne Comite a Tenczin, Voinicen, Lublinen, Panczouienque; Paulo Szaui-

uien-

uienſki, Lancicien, Lublinen, Panczouienque; Paulo Sczauienſki, Lancicien, Sacrae Regiae Maieſtatis Aulae Magiſtro; Ioanne Leſniſwolski de Obory, Czernen, Parnauienque in Liuonia; Martino Leſniſwolsky de Obory, Podlachiae, Zatorien, Loſcicenque; Ioanne Dulſky, Culmen, Supremo Theſaurario Regni Noſtri, Brancenſi, Surafen, Ragoznen, Succenque; Chriſtophoro Komonowski, Sandecen; Ioanne Koſezieleczki, Miedzyszecen; Nicolao Firley de Dombrovicza, Biecen, Referendario Curiae Regni, Korczinen, Czajonirienque; Georgio Mniczck de magna Kunczycze Radomien, Sanocen, Sambonienque; Ioanne Muſkowski de Mirow Tarnouien; Ioanne Oszomski, Palanecen; Hieronymo Goſtomski, Nahlen, Ralcenque; Alberto Reczaiski, Varſauien; Stanislao Minski, Zakrocczimen; Ioanne Bykowski, Konanien, Lancicien, Synadicenque, Caſtellanis & Capitaneis; Andrea Opalenſki de Brin, Supremo Regni Mareſchalco, Maioris Poloniae Generali, Srzenicen, Lezeiſien; Alberto Radziuil, Duce in Oli- p. 10.
 ka & Nieſwietz, M. D. Lithu. Mareſchalco, Launenque; Ioanne Zamoiski, de Zamoiscie, Supremo Cancellario, Exercit. Reg. Generali, Belcen, Marienburgen, Dorpaten, Knifcien, Miedzierecenſique; Lione Saphia M. D. Lithu. Vicecancellario; Theodoro Skummin, M. D. Lithu. Supremo Theſaurario, Olitenque; Stanislao Przyemski, Mareſchalco Curiae Regni, Koninenque, Officialibus & Capitaneis; Petro Thyliczki, Praepoſito Gneſnen, Cracouien, Varmienque Canonico, Secret. Regni maiore; Ioanne Tarnowski, Referendario Curiae Regni, Cracouien, Vladislaien, Lahificienque Prae-
 S poſito;

posito; Ioanne Piotrowski, Decano Poznaniensium, Canonico Cracouien; Ioanne Liasfinski, Cantore Cracouien; Nicolao Mioskowski, Cracouien; Stanislaο Damsky, Luccorien, Canonicis & Secretariis, aliisque quam plurimis Officialibus & Secretariis Noftris.

Sigismundus Rex.

R. Heidenstein,
Secretarius S. R. Maiestatis.

Guil. Kochanski.
Ioan Zawaczky.

No. *XXIII.*

Extractum Pacis Osnabruggensis de Anno
1648. fol. 9. & 10.

V.

P. I. **C**um autem praesenti bello magnam partem, Grauiamina, quae inter vtriusque Religionis Electores, Principes & Status Imperii vertebantur, causam & occasionem dederint, de iis prout sequitur, conuentum & transactum est.

§. I. Transactio Anno 1552, Passauii inita, & hanc Anno 1555. secuta pax Religionis, prout ea Anno 1566. Augustae Vindelicorum, & post in diuersis Sacri Romani Imperii Comitibus vniuersalibus confirmata fuit, in omnibus suis Capitulis, vnanimi Imperatoris, Electorum

rum, Principum & Statuum vtriusque Religionis consensu initis ac conclusis rata habeatur, sancteque & inuiolabiliter seruetur. Quae vero de nonnullis in ea Articulis controuersis, hac Transactione communi partium placito statuta sunt, ea pro perpetua dictae Paecis declaratione, tam in Iudiciis, quam alibi obseruanda, habebuntur, donec per Dei Gratiam de Religione ipsa conuenerit, non attenda cuiusuis seu Ecclesiastici seu Politici, intra vel extra Imperium, quocunque tempore interposita contradictione vel protestatione, quae omnes inanes & nihili, vigore horum declarantur. p. 2.

§. 2. II. Terminus a quo Restitutionis in Ecclesiasticis, & quae intuitu eorum in Politicis mutata sunt, fit dies prima Ianuarii 1624. Fiat itaque Restitutio omnium Electorum, Principum & Statuum vtriusque Religionis, comprehensa libera Imperii Nobilitate, vt & Communitatibus & pagis immediatis plenarie & pure, cassatis omnibus interim in istius modi causis latis, publicatis & institutis Sententiis, Decretis, Transactionibus, pactis seu dedititiis, seu aliis, & executionibus, reductione ad statum dicti anni dieique in omnibus facta.

§. 14. III. Bona Ecclesiastica immediata quod atinet, siue sint Archi-Episcopatus, Episcopatus, Praelaturae, Abbatiae, Baliuiae, Praepositurae, Commendae, siue liberae Fundationes seculares, aut alia vna cum redditibus, pensionibus aliisque quocunque nomine signatis, seu in vrbibus, seu ruri sitis, ea seu Catholici, seu Augustanae Confessionis Status die prima Ianuarii Anni 1624. possederint, omnia & singula nullo plane excepto, eius Religionis Consortes, qui dicto tempore in reali eo-

P. 3. rum possessione fuerunt, vsque dum de Religionis diffidiis per Dei Gratiam conuentum fuerit, tranquille & inperturbate possideant; neutrique parti liceat, alteri seu in iudicio, seu extra, negotium faceffere, multo minus turbas aut impedimentum aliquod inferre: Si vero, quod Deus prohibeat, de Religionis diffidiis amicabiliter conueniri non possit, nihilominus haec Conuentio perpetua sit & pax semper duratura.

No. XXIV.

Friderici II. Regis Daniae Euictio super Inscriptionibus, & Priuilegiis, a Duce Magno datis.

Nos FRIDERICUS II. Dei Gratia Daniae, Norwegiae, Vandalorum Rex, Dux Sleswici, Holsatiae, Stormariae & Dithmarfiae, Comes Oldenburgerfensis & Delmenhorstensis, recognoscimus & notum facimus hisce pro Nobis atque Successoribus Nostris. Postquam iam dudum Anno 64. spectabili fideliter Nobis dilecto Vlrico Behr, pie defuncto pro cessione Coadiutorii Episcopatus Curoniensis, ad quod a suis maioribus Episcopatus, vnanimi consensu Capituli & Prouinciae Ordinibus electus & acceptus est, duae Praefecturae, nimirum Domus Edwahlenfensis & praedium Schlecense, in eodem Episcopatu sitae, cum omnibus ad eas pertinentibus Iuribus & Priuilegiis, vigore obtenturum in iis Inscriptionum, ipsi cum consensu Capituli & Prouinciae Ordinum datarum a Nobis clementissime confirmatae sunt. Cum igitur haec cefio Coadiutorii memorati Episcopatus Curoniensis, eo imprimis tempore Nobis

Nobis in Clementissimum Beneplacitum & in commodum pie defuncti Illustrissimi olim Principis, Nostri quondam Fratris Domini Magni, Ducis Schleswici & Holfatiae &c. facta; Itaque Nos memorato Vlrico Behr, ob subiectissimam eius fidelitatem & voluntatem eo gratiosius talia praedia ei, eiusque simultaneo Inscriptis clementissime confirmauimus, quo Nobis post Ducis Magni pie memoriae, Nostri Domini Fratris fata, eundem Episcopatum Curoniensem, ex Iuribus competentibus, iterum arrogauimus, & tum inter Nos & Regiam Dignitatem Poloniae &c. cui hic Episcopatus competit, lis & contentio suborta est, quod pro auertenda maiori prolixitate & obtinenda vtriusque Regni bona vicinitate & pace, Illustrissimus Princeps, amice Nobis dilectus Auunculus, Affinis & Frater Georgius Fridericus, Marchio Brandenburgicus & Dux Borussiae, vt dilectus Noster Cognatus & Regni Poloniae Princeps Feudatarius, optatae pacis causa intercesserit, & amicabili atque beneuola missione & petitione Nos tandem eo commouerit, vt imprimis Suae charitatis causa, de iure Nostro in eundem Episcopatum pro vili summa pecuniae pertractari fecimus; prout etiam de eo Pacificationes, Tractatus & Transactionem imprimis pro securitate Episcopatus subditorum cum Regia Dignitate Poloniae &c. iniuimus.

p. 2

Cum igitur spectabilis fideliter Nobis dilectus Iohannes Behr, quem ante hac in Nostrum officium suscepimus, & Praefectum & Administratorem Episcopatus Piltensis constituimus, haec a Nobis confirmata praedia iam dudum a pie defuncto fratre suo Vlrico Behr comparauit, & in possessionem consecutus est, me-

p. 3.

tuit, ne, cum Episcopatus iam per Nos tractatus a Nobis deuolueretur, ei vel eius posteris a Dominatione, ad quam Episcopatus in posterum quocunque Iure perueniret, forte non omnimodo seruarietur, vel aliquatenus in dubium vocaretur; itaque ei Ioanni Behr, hoc casu clementissimam spem & fidem fecimus; si ei, vel eius simultaneo Inscriptis praefata praedia a Nobis confirmata non seruarietur vel turbatio fieret, prout tamen vigore Patrum & in itae Transactionis, in quibus ille prae caeteris nominatus & assicuratus est, nullatenus existimare volumus, quod Nos tum hoc casu Nostram Confirmationem, Regiam manum & sigillum, quae de his praediis iam dudum dedimus, clementissime manuteneamus, & a Successoribus Nostris manu teneri, nec ea ullo modo cassari volentes, apud Regiam Dignitatem Poloniae & Liouoniae possessores atque obtentores Episcopatus praecautioem fieri curemus, vt ille Ioannes Behr, sui que Haeredes, vigore obtentae a Nobis super iis manus, Sigilli Regni in iis praediis conseruari & sustineri debeat. Prout etiam documenta sua literaria & sigilla, quae coram Nobis in originali produxit, in Cancellaria Nostra sub manu & sigillo Nostro vidimari, & in Pacificationis tractatu ad eum finem transmitti fecimus, vt simul in Pacificationis punctis praenominentur. In huius fidem Nos propria manu subscripsimus & Secretum Nostrum appendi fecimus. Datum in Arce Nostra Fridericiburgo, trigesima die mensis Augusti, Anno post Christum natum millesimo, quingentesimo octuagefimo quarto.

Fridericus &c.

No.

No. XXV.

Extractum Pactorum Oliuensium de
Anno 1660.

p. 1.

II.

Sit vtrunque perpetua Obliuio & Amnestia eorum omnium, quae quocunque loco modoque a quacunque Paciscentium Parte haectenus hostiliter facta sunt; ita, vt nec eorum, nec vllius alterius rei causa, vel praetextu, vlla Pars alteri posthac quicquam hostilitatis aut inimicitiae specie Iuris aut via facti inferat, aut per suos aliosue inferri faciat.

Hac generali Amnestia gaudeant omnes & singuli, cuiuscunque status, conditionis & religionis fuerint, vt & omnes Communitates, quae ab vtrunque Partes hostiles secutae sunt, aut in hostilem possessionem deuenerunt, nec vllis hoc bellum praeiudicio & noxae sit, in suis Iuribus, Priuilegiis ac Consuetudinibus generalibus & specialibus, tam in Ecclesiasticis, quam in Ciuilibus, Profanisue, quibus ante hoc bellum gauisi sunt, sed iis in totum fruantur, secundum Leges Regni; nec vllis Communitatibus aut priuatis, actio ratione adhaesionis hosti, intentabitur; ita, vt nemini liceat alicui negotium faceffere, ratione adhaesionis vllius hostilis, aut eam exprobrare.

p. 2.

VIII.

Quicquid in Polonia, & Magno Ducatu Lithuaniae Prouinciisque annexis, in iisque Curlandia, per hoc bellum Serenissimo Regi Regnoque Sueciae, eorumque
Duci-

Ducibus ac Legatis, vel a Priuatis, vel a Communitatibus, Exercitibus & Prouinciis, per necessitatem belli vel aliter datum est, quocunque Titulo, Diplomatum, Obligationum & Literarum, Instrumentorum & Actorum publicorum, ea omnia autographa, quae supersunt, Serenissimo Regi, & Reipublicae Poloniae, Ducique Curlandiae circa Ratificationum commutationem, bona fide extradentur. Quod si naufragio absorpta sint, vel alio modo perierint, omnia eiusmodi Scripta, Actaque priuata & publica ex nunc cassantur, annihilantur, & eliminantur, nihilque exinde Reges Regnumque Sueciae in Prouincias, Exercitus, Districtus vel priuatos in Polonia, Magno Ducatu Lithuaniae & Prouinciis illis annexis vel subiectis, in specie etiam Curlandia & Districtu Piltenfi Iuris praetendere velle aut posse, omni meliori modo declaratur.

No. XXVI.

Extractum Heidensteinii Lib. VI. Rerum
Polonicarum pag. 196.

Venerat Rigam & Magnus Dux. Hic eius quam possidebat, Liuoniae partis Confirmationem petebat; atque homagium accipiendum, ac iuramentum praestandum sese offerebat.

Ostenfum huic, more maiorum non nisi in Comitibus id fieri posse.

No.

No. XXVII.

Extractum Recessus Imperii de Anno 1559.

§. 9. fol. 656.

Praeter haec, tum etiam adhuc porro Reges Hispaniae, Angliae, Daniae, Sueciae & Poloniae, vt & Ciuitates Anseaticas per literas Nostras quam primum rogare & hortari volumus, vt Charitates Vestrae & Ille pro conseruatione sui ipsius & aliarum Christianarum regionum, causam hanc curae cordique habeant, & de eo solliciti esse velint, qua ratione mentionatus Moschus non solum a Liuonicis, sed etiam aliis Christianis gentibus, earumque depopulatio & ruina auertatur. Itaque sui ipsorum causa, vt Christiani Reges & Communitates omnia commoda & salutaria media scribendo, mittendo & aliis modis suscipere velint.

*No. XXVIII.*Consensus Regius Domino Maydelio datus
Ioannes Casimirus Dei Gratia Rex &c.

Significamus praesentibus literis Nostris, quorum interest, vniuersis & singulis; insignia Illustris Domus Ducalis Curlandicae in Nos & Rempublicam merita, integerrimaque hoc toto turbulento Regni Nostri statu fides Illustris Principis Iacobi, Curlandiae & Semigalliae Ducis, Nobis totique Reipublicae praestita, vt a Nobis summam gratitudinem exigere videntur; ita & praeclara Generosi merita optimo iure id a Nobis exposcunt, vt ipsi

T

Gra-

Gratiam Munificentiamque Nostram Regiam decernamus, accifasque & attritas ipsius in Nostris & Reipublicae obsequiis rationes liberalitate Nostra subleuemus. Cum igitur Generofus Otto Maydel Nobis per certos Confiliarios Nostros supplicasset, vt sibi de vniuerso iure obligatorio & aduitalitio, quod ipsi ad Arcem & Praefecturam Piltensem, aliaque eo pertinentia bona & praedia, vigore anteriorum Consensuum, Decretorum & Priuilegiorum a Serenissimis Antecessoribus Nostris concessorum & promulgatorum competit, cedere, illudque in personam Illustris Principis, Iacobi, Curlandiae & Semigalliae Ducis transferre & transfundere liceat. Proinde Nos meritorum eiusdem Generosi Maydel iustam rationem habentes faciendum Nobis esse duximus, vt in eam Cessionem iurisque sui transfusionem, quam praefatus Generofus Maydel, Illustrissimo Principi facturus est, Consensum Nostrum Regium praeberemus, prout praesentibus Literis Nostris praebemus, vigore cuius Cessionis coram quibuscunque Regni & Magni Ducatus Lithuaniae, vel etiam Ducatus Curlandiae aut tractus Piltenfis authenticis Actis recognoscendis, praesentisque Consensus Nostrum idem Generofus Otto Maydel Arcem & Praefecturam Piltensem, cum omnibus ad eam ab antiquo pertinentibus bonis, praediis, fundis, colonis, villis aliisque redditibus, censibus, obuentionibus, agris cultis & incultis, syluis, nemoribus, piscinis, stagnis, pratis, pascuis, fluuiis, molendinis, piscationibus, venationibus, aucupiis, mellificiis, & quibusuis in genere & specie fructibus, vtilitatibus ac Iurisdictione, eodem Iure aduitalitio, quo illa praefatus Generofus Maydel Antecessoresque eius iuxta resonantiam Consensuum, Priuilegio-

legiorum ac Decretorum, Sereniffimorum Antecessorum Nostrorum tenuit, ipse quoque Illustrissimus Princeps tenebit, habebit & possidebit. In casu vero mortis eiusdem Illustrissimi Iacobi, Curlandiae & Semigalliae Ducis Haeredes & Successores illius praefatam Tenutam & Praefecturam Piltensem ac bona eo pertinentia, Nobis & Reipublicae non prius deoccupare tenebuntur, nisi ipsis de summa integra triginta millium Thalerorum Imperialium, quam Illustrissimus olim Fridericus Marchio Brandeburgensis a Serenissimo Divae memoriae Stephano Rege & Praedecessore Nostro, vigore Pactorum publicorum inscriptam habuit, & cum quo onere illa ad proxime subsequentes Tenutarios modernumque Possessorem, iuxta Decreta ea in causa promulgata transiit, vna cum Melioratione plenarie satisfactum fuerit, Iuribus Nostris Regalibus Reipublicaeque saluis manentibus. In cuius rei fidem praesentes, manu Nostra subscriptas Sigillo Regni & M. D. L. communiri iusimus. Datum in castris ad Varfauiam, die 12. Mensis Iunii, Anno Domini MDCLVI. Regnorum Nostrorum Poloniae VIII. Sueciae IX. Anno.

Ioannes Casimirus Rex.

(Locus Sigill.
Regni.)

Albertus Gorayski,
Cracou. Posnan. Praep. Regens Canc. Reg.

No. XXXIX.

PILTENSIA.

Ioannes Casimirus, Dei Gratia Rex Poloniae,
Magnus Dux &c.

Significamus praesentibus Literis Noftris, quorum interest, vniuersis & fingulis; exigere a Nobis praeclara & fingularia Illustriffimae Domus Ducalis Curlandiae merita, Sereniffimis Antecessoribus Noftris & Nobis totique Reipublicae, tam pacis quam belli tempore, constanti semper fide, indefesso studio, ac infracta animorum magnitudine comprobata, vt Illustrissimo Principi, Domino Iacobo, in Liuonia, Curlandiae & Semigalliae Duci eiusque Posteris Gratiam & Benignitatem Noftram Regiam omni occasione vberrime contestaremur, & integerrimum Illustritati Suae totiusque Ducalis Domus affectum & indefessum de Nobis & Republica bene merendi studium conseruemus. Cum igitur Sereniffimus Rex, Sigismundus III. Parens Noster desideratiffimus Illustrissimo Principi Friderico, in Liuonia, Curlandiae & Semigalliae Duci consensum dederit, Territorium Piltense Ducatui Curlandiae, vigore primae Infeudationis illigatum, & certas ob causas Illustrissimo Principi, Domino Georgio Friderico Marchioni Brandeburgico, Hypothecario Iure inscriptum & traditum, cum omnibus subditis, iuribus, emolumentis ac pertinentiis eximendi, possidendi, tenendi; iste vero consensus ob grauiores bellorum motus & alia impedimenta effectum suum

suum fortiri nequiverit: Nos intuitu Inuestiturarum ac
 meritorum Illustrissimae Domus Ducalis Curlandiae ex-
 tremam manum huic negotio imposituri ex plenitudine
 Potestatis Regiae consentimus, vt Illustritas Sua Terri-
 torium istud Piltense iuxta consensum Nostrum
 Generoso Ottoni Maydelio, Capitaneo Piltenfi, ad ceden-
 dum benigniter concessum, cum subditis, oppidis, prae-
 diis, villis, possessionibus ac pertinentiis & emolumentis
 in vniuersum omnibus, quaecunque Hypothecario Iure
 Illustrissimo Marchioni Brandenburgico, Georgio Fride-
 rico inscripta fuerunt eximere & eliberare valeat ac pos-
 sit. Quod quidem Territorium Piltense, posteaquam
 illud Sua Illustritas redemerit, integre cum omnibus suis
 annexis habebit, tenebit, & possidebit, atque sic cum
 omnibus subditis, Nobilibus, Vasallis, oppidis, Iuribus
 Patronatus, attinentiis, commodis, fructibus, prouentibus,
 emolumentis, redditibus, vtilitatibusque & praerogatiuis
 generaliter vniuersis & singulis, nullisque penitus exce-
 ptis aut in posterum excipiendis, tam iis, quae iam sunt,
 quam quae vlla industria excogitari possunt, vigore Inue-
 stiturarum, eodem iure cum Ducatu Curlandiae vtetur, fru-
 etur & potietur. Promittimusque pro Nobis & Serenis-
 simis Successoribus Nostris, non esse Nos praedictum Ter-
 ritorium, vel quidquam ex bonis, iuribus, subditis, quibus-
 uis ad illud quouis modo pertinentibus ab Illustritate Sua
 eiusque Posteris ac Feudi Curlandici Successoribus amo-
 turos aut alienaturos, amouendiue aut quouis modo ali-
 enandi potestatem cuiquam daturos & concessuros;
 quin potius Illustritatem Suam eiusque Posteris ac Feu-
 di Successores integre in possessione Territorii ac omni-

um attinentiarum conseruabimus, Sereniffimique Succelfores Noftri conseruabunt; Iuribus directi Domini Noftri & Regalibus Noftris per omnia faluis ibidem manentibus. In cuius rei fidem praefentes manu Noſtra ſubſcriptas Sigillo Regni & Magni Ducatus communiri iuſſimus. Datum in caſtris ad Varſauiam die XII. Menſis Iunii, Anno Domini 1656., Regnorum Noſtrorum Poloniae VIII. Sueciae vero IX. Anno.

Ioannes Caſimirus Rex.

(L. S.) Albertus Goraysky,
(R.) Crac. Poſn. Praep. Reg. Canc. Regni.

(L. S.)
(Ducalis Curland.)

Concordat cum Originali
Adamus Fuchs, Secret.

No. XXX.

Instrumentum Immiſſionis Ducis Iacobi per
Commiſſarium S. R. M. in Curlandiam & Diſtri-
ctum Piltenſen.

Sereniffimi Domini IOANNIS CASIMIRI, Regis Po-
loniae & Sueciae, Magni Ducis Lithu. &c. Domini
mei Clementiſſimi & Reipublicae Authoritate Co-
mitiali conſtitutus Commiſſarius, Plenipotentarius, no-
tum teſtatumque facio vniuerſis & ſingulis, quod, inni-
tendo Inſtructioni & Plenipotentiae meae, Illuſtriſſimum
& Celiſſimum Principem, in Liuonia, Curlandiae & Se-
migalliae Ducem, qui Regni aduerſitates, iniquam fortis
hoſtis-

hostisque fraudem expertus est, propter constantem erga Suam Regiam Maieſtatem & Rempublicam ſeruatam fidem, mediantibus Pactis Oliuiensibus, currentis Anni milleſimi ſexcenteſimi, libertati priſtinae, Dignitati & iuri reſtitutus in Ducatum & adiacentem Diſtrictum Piltenſem, quem vigore Inueſtiturarum Ducalium, aliorumque Diplomatum Regiae Maieſtatis in poſſeſſione habuit, ſolenniter intromiſerim, omnesque Arces & fortalitia tum a milite Suecico, tum & Magni Ducatus Lithuaniae euacuari fecerim, Suaeque Celſitudini reſtituerim, & tradiderim, prout quidem vigore harum omnes Arces, Ciuitates, oppida & villas Ducatus Curlandiae cum adiacenti Diſtrictu Piltenſi cum omnibus ſuis pertinentiis & attinentiis, nihilo prorfus excepto, Suae Celſitudini eiusque Haeredibus in perpetuam & tranquillam poſſeſſionem, tum quoad Iurisdictionem competentem, quam quoad vtile Dominium tradidi & reſtitui. Cum vero totus Ducatus & Diſtrictus Piltenſis a milite penitus exhaustus, deuaſtatus atque depraedatus, ab omnibus exactionibus & praerentionibus militaribus Celſitudinem Suam omnesque Incolas liberos & immunes facio. In cuius rei fidem has praefentes manu mea ſubſcripſi, & Sigillo munitas extradere debui. Datum Doblehni, die 2. Septembris, Anno 1661.

Cafimirus Ludouicus Iewlaſſewsky,
Palatinus Brzeſtenſis M. D. Lithu. S. R. M.
ac R. P. Commiſſ. & Legatus.

(L. S.)

Concordat cum vero ſuo Originali.

Godofredus Fabricius,
Notar. Public. Regius. manuſcr.

No.

No. XXXI.

Extractum ex Responso a Serenissima Republica Poloniae, & Magno Ducatu Lithuaniae in praeterito Electionis actu, Illustrissimi & Celsissimi Curlandiae Ducis Ablegatis, Generoso Christophoro Henrico a Putkamer, Consiliario, & Nobili Adamo Schubert, Praefecto Büfcho-
uienti die 6. Iulii Ao. 1669. dato.

Debitum & aliae praetensiones Illustrissimae Celsitudinis, vt certo constare possint, Respublica in futuris, Deo dante, Coronationis Comitii, Commissarios ad liquidationem faciendam ex vtroque Ordine destinabit, qui deinde Commissarii in facie Reipublicae facient relationem: ex eo, quidquid aequum apparebit, Respublica Illustrissimae Celsitudini se non difficilem in satisfactione praestabit.

Quoad Districtum Piltensem Illustrissimam Celsitudinem circa Iura, Possessionem & Iurisdictionem huius Districtus Respublica conseruat tantisper, quousque differentiarum haectenus inter Illustrissimam Suam Celsitudinem & Nobiles aliquos Piltenses intercedentium, ex Commissione lege 1667. designata Respublica cognitionem habuerit, & postea determinationem fecerit, salua tamen complanatione, si, & in quantum contradicentes Nobiles Piltenses vltro, vti a caeteris Nobilibus factum,
ad

ad eandem accesserint, quam tum pro rata Respublica habebit.

Nicolaus Prazmonski,
Archiepiscopus Primas, Primusque
Princeps.

(L. S.)

Felicianus Potocki,
Supdapifer Regni, Marschalcus
Equestris Ordinis.

(L. S.)

No. XXXII.

Extractum Constitutionis de Anno 1676.

Quoniam Commissio Anno Domini 1670. assignata, inter Illustrissimum Ducem Curlandiae & Districtum Piltensem effectum suum non est sortita, ideo noua Commissio decreta, & Commissarii destinati, vtque facta Conuentione cum Illustrissimo Duce Curlandiae & Incolis Districtus Piltinensis de tempore & loco, in locum conuentum venientes, iura ac priuilegia omnia tam Incolarum Districtus Piltinensis, quam Illustrissimi Ducis Curlandiae reuideant, & omnes praetensiones cognoscant, nihil tamen super praemissis concludant determinatiue, sed Commissionis suae in futuris Comitibus relationem faciant; interea temporis Illustrissimum Ducem Curlandiae circa Responsum a Republica in Comitibus iure electionis, de Dato sexta Iulii Ao. 1669. obtentum, in totum conseruando.

No. XXXIII.

IOANNES CASIMIRVS, Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Ruffiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Liuoniae, Smolensciae, Czerniechouiaeque, nec non Suecorum, Gothorum Vandalorumque Haereditarius Rex.

Significamus praesentibus Literis Nostris, quorum interest, vniuersis & singulis; inter alias Regni Nostri aduersitates, prout & hanc sortem Illustrissimi Principis grate Nobis dilecti, Domini Iacobi, Curlandiae & Semigalliae Ducis, Vasalli Nostri & Reipublicae fidissimi, quam Diuino permisso, iniquae vero fraudis cupiditatisque hostilis successu ac violentia subiit, expertusque est, pari doloris sensu excepimus, ita, dum ob constantem, vllisque allicimentis hostium notam, erga Nos & Rempublicam praedicti Illustrissimi Ducis fidem ac amorem, restitutionem Ipsius pristinae Dignitati ac Iuri, cura & sollicitudine Nostra promouemus, indemnitati Eiusdem interea prospicere, muneris etiam Nostri ducimus, atque cum omnia Iura Illustrissimi Ducis ad Ducatum Curlandiae eiusque Districtus & adjacentias, atque adeo ipsam possessionem, salua, integra firmaque in genere Autoritate Nostra manutenemus, tum in specie Ius ad Districtum Piltensem & Possessionem, prout sese antea legitime extendebat, atque mediante consensu Nostro praedictus Illustrissimus Curlandiae Dux pacifice fruebatur, nulli dubietati aut discrimini subiacere posse, praesentibus declar-

claramus, iisdem infimul (fi quidpiam in praeiudicium legitimi Iuris & Poffeffionis faepe dicti Ducis ad nominatum Diftrictum, vel eius partem, immunitatesque & utilitates incolarum eiusdem, cuiuscunque ftatus & conditionis a quopiam vel priuato motu, & praetextu haud aequo, vel etiam vigore Gratiae Noftrae male impetratae, publicique Inftrumenti e Cancellaria Regni exportati petatur aut praetendatur) iniuftam & temeram quamque praetentionem feponere inhibemus, Inftrumenta & Refcripta a Nobis obtenta fuspendimus, & nullitati fubeffe volumus, plene ac integre Eundem Illuftriffimum Ducem circa Ius & Poffeffionem dicti Diftrictus tam in genere, quam in fpecie conferuantes, & ab omnibus conferuari ferio mandantes, pro Gratia Nofttra, & fub poenis pro praefumptione aufuque cuiusuis decernendis. In eo Officiales, & officia quaeuis Ducatus praenominati monemus, quatenus inhaerentes hifce Nofttris Literis, atque pro officiis fuis indemnitate Iurium Illuftriffimi Ducis absentis praecuftodiant, & brachiis fuis propugnent ac defendant. In quorum fidem praefentes manu Nofttra fubfcriptas Sigillo Regni communiri iufimus. Datum Gedani die 30. Menfis Aprilis, Anno Domini MDCLX. Regnorum Noftrorum Poloniae XII. Sueciae XIII.

Ioannes Cafimirus Rex.

(L. S.)
(Regni.)

Ioannes Ignatius Bylinski.
Succam. Culmenfis.

No. XXXIV.

IOANNES CASIMIRUS, Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Liuaniae, Smolensciae, Czerniechouiaeque, nec non Suecorum, Gothorum Vandalorumque Haereditarius
 REX.

Vniuersis & singulis, quorum interest, praesertim vero Statibus ac Incolis Districtus Nostri Piltinensis, praesentibus Literis Nostris significamus; delatum esse ad Nos, Generosum Vlicum a Sacken, Incolam praedicti Districtus Piltinensis, obtinuisse Rescriptum manu Nostra & Sigillo conclauali consignatum, continens ad Generosos Consiliarios Piltinenses mandata quaedam, Iurisdictionem & Possessionem Illustrissimi ac Celsissimi Curlandiae ac Semigalliae Ducis, super Districtu Piltinensi, Suae Celsitudini de iure competentem conuellentia, nimirum; vt causae & lites incolarum Piltinensium per solam sententiam Generosorum Consiliariorum Piltinensium independenter, imo exclusa Iurisdictione Illustrissimi Curlandiae Principis, ad idem Iudicium, vigore variarum Conventionum ac Transactionum pertinente, non sine notabili Iurium Suae Celsitudinis praecudicio discernentur & deciderentur, supplicatumque Nobis pro parte Illustrissimi Principis, vt Iuribus & Praerogatiuis Suae Celsitudinis hac in parte subveniremus: Nos, cum omnem Gratiae & Benevolentiae Nostrae significationem, qualibet occasione, tam bene de Nobis & Republica merito

rito Principi, qui praeclaro constantiae ad omnem posteritatem exemplo, fidem Nobis & Reipublicae turbulentissimis hisce temporibus, non sine extrema fortunarum Suarum ruina & periculorum tolerantia, integerrimam seruauit, contestandum esse censeamus, inuigilandumque, ne in Praerogatiuis & Iuribus Suae Celsitudinis ab vllopiam Statu praeiudicium patiatur; praedictum itaque Rescriptum a Generoso Sackienio nulliter obtentum, ex nunc cassandum, annihilandum & nullitatis condemnandum esse duximus, vti quidem tenore praesentium Vniuersalium Nostrarum cassamus, annihilamus & nullum prorsus esse, vti voluntati & intentioni Nostrae contrarium, declaramus; simulque Secretario mandamus, ne aut Generosi Consiliarii Piltinenses in cognitionem vllarum causarum litiumque absque dependentia a Iurisdictione, Authoritate Scituque Illustrissimi Principis Curlandiae descendere, iudiciumque exercere praesumant; aut Nobiles caeterique Distrietus Piltinensis incolae Decretis extra iurisdictionem Ducalem latis acquiescere ac parere audeant, sub amissione Gratiae Nostrae Regiae, grauique in contrauenientes Vniuersalium Nostrarum animaduersione. In quorum fidem praesentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri iussumus. Datum Varfauiae, die 25. Mensis Iunii, Anno M D CLXI. Regnorum Nostrorum Poloniae XIII, Sueciae XIV. Anno.

Ioannes Casimirus,

(L. S.)

Ioannes Ignatius Bylinski,

Succamer. Culmenfis.

Concordat cum vero suo Originali.

Act. Mit. die 3. mens. Iulii, Ao. 1662.

Godofredus Fabricius,

Not. Publicus Reg.

No. XXXV.

IOANNES CASIMIRVS, Dei Gratia Rex
Poloniae &c.

Generosi fideliter Nobis Dilecti! Quae Generosus fideliter Nobis dilectus, Fridericus Korff, Vicecolonellus Noster nomine Fidelitatum Vestrarum coram exposuit, Fidelitatesque Vestrae suis literis debite insinuarunt, ea clementissima mente percepimus; & recordamur quidem Nostri pro facienda coniunctione Nobilitatis Districtus Piltensis ad Districtum Curlandiae impertiti consensus, Iuriumque Illustrissimo Duci eiusque Antecessoribus desuper olim collatorum, nec ingratis Nobis accidit, datam a Nobis coniungendi facultatem feliciter cessisse, & subiectionem certis Pactis insecutam esse. Cum vero nonnulli eiusdem Districtus querelis suis aliquam moram, aut protractionem Nostrae Confirmationis iniecerint, quominus humillimae Petitioni Vestrae in praeteritis Comitibus satisfactum fuerit; in eo tamen Gratiam Nostram Regiam explebimus, operamque dabimus, quo pro futuris Regni Comitibus firmitatis robur obtineri possit. De caetero Fidelitates Vestras bene valere cupimus. Datum Varaviae, die 6. Mensis Augusti Ao. 1661. Regnorum Nostrorum Poloniae XIII. Sueciae vero XIV. Anno.

Ioannes Casimirus Rex.

(L. S.)

Generosis fideliter Nobis Dilectis Districtus
Piltensis Consiliariis & Nobilibus.

Concordat cum vero suo Originali.

A. Tangwitz,
Secretar.

No.

No. XXXVI.

IOANNES CASIMIRVS, Dei Gratia Rex
Poloniae &c.

Vniuersis & fingulis, quorum interest, praesertim
vero Nobilibus incolis Districtus Nostri Piltenfis,
fideliter Nobis Dilectis, Gratiam Nostram Regiam.
Significamus praesentibus Literis Nostris, expositum
Nobis fuisse ex parte Illustrissimi Curlandiae & Semigalliae Ducis, quosdam Nobiles ex praefato Districtu Piltenfi, nullo Rescriptorum Nostrorum habito respectu, Iurisdictionem Illustritatis Suae in eundem Districtum competentem conseruantium, proprio ausu priuatis conuenticulis, & illegitimis protestationibus turbare & inquietare. Cum vero ab Illustritate Sua Nobis supplicatum fuerit, vt integram Eius in Districtum competentem Iurisdictionem confirmaremus, Literisque Nostris, omnibus & fingulis, imprimis vero contrauenientibus Nobilibus serio iniungeremus, ne quid amplius in praeiudicium Iuris & Possessionis Illustritatis Suae ad nominatum Districtum competentis moliri, aut priuato motu, vel alio quocunque praetextu tentare sibi praesumerent. Nos igitur precibus iustis Illustritatis Suae commoti, habita ratione meritorum saepe dicti Illustrissimi Curlandiae & Semigalliae Ducis, qui praeclaro ad omnem posteritatem exemplo constantiam suam, immotamque fidem erga Nos & Rempubicam vitae, fortunarumque dispendio contestatus est, ex plenaria potestate Nostra & Dominio, quod super praefato Districtu Piltenfi Nobis competit, omnia & singula a Nobis, ratione Iurisdictionis
in

in praefatum Districtum edita Rescripta, hisce praesentibus Literis Nostreis non solum reassumimus, Citationem Instigatoris Regni ad mala narrata emanatam, quoad formam & materiam cassamus; verum etiam Illustritatis Suae Possessionem & Iurisdictionem praefati Districtus tam in genere, quam in specie confirmamus, potestatemque Eidem Illustrissimo Principi Consiliarios Terrestris creandi, & constituendi damus & concedimus; mandantes serio, vt omnes & singuli eiusdem Districtus incolae Iurisdictioni Illustritatis Suae subiaceant, nec Generosi Consilarii Piltenses in cognitionem vllarum causarum litiumque, absque dependentia Iurisdictionis Scitu & Authoritate Illustritatis Suae descendere, Iudiciumque exercere, sibi praesumant, aut Nobiles caeterique Districtus saepe dicti incolae Conuenticulis illegitime a nonnullis indictis, aut decretis, extra Ducalem Iurisdictionem latis, acquiescere & parere audeant, saluis Iuribus supremi & directi Dominii Nostri, & Appellatione a Iudiciis Illustrissimi Principis ad Nos integra, sub amissione Gratiae Nostreae Regiae, grauique in contrauenientes Vniuersalium Nostrearum animaduersione; & si quid priuatim e Cancellaria Nostrea praeter Scitum & Voluntatem Nostream in contrarium obtentum fuerit, nullitati in perpetuum subesse volumus. In quorum fidem hasce praesentes manu Nostrea subscripsimus, Sigillo Regni corroborari mandauimus. Datum Varsoviae, die 19. Mensis Ianuarii, Anno MDCLXVII. Regnorum Nostrorum Poloniae & Sueciae, XIX. Anno.

Ioannes Casimirus Rex.

(L. S.
Regni Poloniae.)

No.

No. XXXVII.

IOANNES CASIMIRVS, Dei Gratia
Rex Poloniae &c.

Vniuersis & singulis, quorum interest, praesertim vero Generosis Ottoni Ernesto Maydel, Camera-rio & Vicecolonello Nostro, eiusque adhaerentibus Districtus Piltensis Incolis, fideliter Nobis dilectis, Gratiam Nosstram Regiam. Significamus praesentibus Literis Nosstris, quemadmodum Nos ad requisitionem & Instantiam Illustrissimi in Liuonia, Curlandiae & Semigalliae Ducis, nonnullos Nobiles & Incolas Districtus Piltensis Illustritati Suae refractarios Literis Nosstris serio admonuimus, & totum Districtum Piltensem cum vniuersa Nobilitate, nemine excepto, plenarie Iurisdictioni Eiusdem Illustrissimi Curlandiae & Semigalliae Ducis in omnibus causis subiectas esse, Literis Nosstris declarauimus, & ne quidquam in contrarium earundem Literarum Nosstrarum, in derogationem Iurisdictionis in Districtum Piltensem Illustrissimo Duci competentis, moliri, vel priuato motu, & Autoritate attentare praesumerent, serio iniunximus: Ita insistendo Pactis, Inuestituris, Possessionibus per decursum plus quam duodecim annorum confirmatae, & anterioribus Literis Nosstris declaratoriis ad Incolas & Nobiles omnes Districtus Piltensis eo nomine ex Cancellaria Nosstra emanatis, supra scriptis omnibus Nobilibus & Incolis Districtus Piltensis, & praecipue Generosis Ottoni Ernesto Maydel, eiusque adhaerentibus serio praesentibus mandamus, & iniungimus; quatenus ipsi

X

omnes

omnes & finguli Nobiles & Incolae Diftriétus Piltenfis, & praecipui Generofi Maydel, eiusque adhaerentes, non attentis quibusuis Noſtris Literis caſſatoriis priorum Literarum Noſtrarum declaratoriarum, ad importunam inſtantiam, & malam informationem ex Cancellaria Noſtra emanatis, & in poſterum emanandis, (quas cum ſuis contentis nullitatis fore & eſſe declaramus & abrogamus) iuxta anteriora Iura & declarationem Noſtram, (quae cum omnibus conditionibus, punctis praefentibus approbatur & ratificatur) quam & praefentem Iurisdictionem Illuſtriſſimi Curlandiae & Semigalliae Ducis, in omnibus cauſis Criminalibus, Ciuilibus boni Regiminis, ſine quauis quarumcunque perſonarum & Incolarum Diftriétus Piltenfis contradictione agnoſcant, Maydelium autem ab officio Praefidentiae, Conſiliarios Terreſtres in contrarium praefentis & anterioris Declarationis Noſtrae per praefatum Maydel, & eius adhaerentes conſtitutos, (qui praefentibus abrogantur, & pro illegitimis declarantur) ab omni functione Iurisdictioni Illuſtriſſimi Ducis contraria ex nunc amouemus; volentes, ne impoſterum illi Iudicia exercent, & res iudicatas ad executionem deducant. Illos vero Conſiliarios Terreſtres, quos ſupraſcriptus Illuſtriſſimus Dux conſtituit, & conſtituet (qui praefentibus approbantur) pro veris & legitimis Conſiliariis Terreſtribus agnoſcimus; omnes vero Incolae Diftriétus Piltenſis eos pro talibus obſeruent, iudicatis & mandatis ſupraſcripti Illuſtriſſimi Ducis pareant & ſatisfaciant, nulla-que conuenticula, qua priuatim, qua publice, in omnibus cauſis, etiam Rempublicam tangentibus, ſine aſſenſu, ſcitu Eiuſdem Illuſtriſſimi Ducis celebrent, neque contributio-

butiones vel subsidia aliqua statuant, sed in omnibus causis mandato Eiusdem Illustrissimi Ducis, & Consiliarii Terrestribus obtemperent, salvis Iuribus supremi Domini Nostri. Facturi sunt praemissa omnia tam in praesentibus, quam anterioribus Literis Nostris descripta, sub Gratia Nostra, & sub poenis in contrauentores & conuulsores Mandatorum Nostrorum, Legibus Regni sancitis. In cuius rei fidem praesentes manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni & Magni Ducatus Lithuaniae corroborari mandauimus. Datum Varfauiæ, die 11. Mensis Martii, Anno Domini MDCLXVIII. Regnorum Nostrorum Poloniae & Sueciae XX. Anno.

Ioannes Casimirus Rex.

(L. S.)
(Reg. Polon.)

(L. S.)
(M. D. Lithu.)

No. XXXVIII.

IOANNES CASIMIRVS Dei Gratia, Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Ruffiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Liuaniae, Smolensciae, Czerniechouiaeqe, nec non Suecorum, Gothorum Vandalorumque Haereditarius
REX.

Generosis ac Nobilibus, Equestris Ordinis, Districtus Piltenfis in Liuania Nostra personis fideliter Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam. Generosi ac

Nobiles fideliter Nobis dilecti. Cum ex vi dispositionis Nostrae & Transactionis Grubinensis, inter Illustrissimum Principem Iacobum, in Liuania Curlandiae & Semigalliae Ducem, grate Nobis Dilectum, atque partem Incolarum Piltenfium contradicentes factae, omnes interuenientes controversias iam sublatas & sopitas esse nec vnquam reuicturas sperabamus; iusto ad praesens laesam Auctoritatem Nostram, & contrauentionem apertam datae submissi-
 oni, acerbiori animi Nostri sensu excepimus: dum Generosi Otto Ernestus Maydel Praesidens & eius Consiliarii praetensi Districtus Piltenfis, quos per cassatorium Nostrum Rescriptum, vti nulliter & illegitime electos exautorisauimus, nihilominus motu proprio, postposita Auctoritate & Voluntate Nostra, non tantum dictae Ordinationi Nostrae & Transactioni, sed & praefato Rescripto No-
 stro cassatorio contrauenire se ad obeunda munia Iudicum iam in personis eorum irrita intrudere, & Ducales subditos ad sua illegitima Iudicia euocare, prout nuper in causa Generosae Catharinae Grodthaus contra Generosum Hectorem Fridericum ab Osten dictum Sacken factum, ausi sunt & praesumunt, atque executiones in causis praesertim Bandimirov & Generosi Sacken Colonelli Nostri eosdem facere velle, recenti Eiusdem Illustrissimi Ducis in-
 formamur querela. Quo circa pro Iure & Potestate Nostra Regia serio inhibendum duximus, prout inhibemus hisce Literis Nostris, ne vltra praefatum Iudicium Assessoriale Piltense per Nos exauctoratum Iurisdictionem praefati Illustrissimi Ducis conuellere, atque executiones in causis praedictis & aliis peragere, aut quidque attentare praesumat, vtque in omnibus Ordinationi Nostrae & Transactioni factae satis fiat, & vltioribus non relinquatur apud Nos
 locus

locus querelis, diligenter a Fidelitatibus Vestris, siue potius parte Incolarum Piltenfium condicendum requirimus. Secus in casu contrauentionis memorato Illustrissimo Duci Ius suum vindicare liberum erit, & si exinde quidpiam mali eueniet, id sibi imputabunt: conformes tamen Fidelitates Vestras cum praetactae Transactioni tum praesenti expressae & anteriori Voluntati Nostrae pro Gratia Nostra futuros, minime dubitamus. Datum Varfauiae, die 30. Mensis Iunii, Anno Domini MDCLXVIII. Regnorum Nostrorum Poloniae & Sueciae XX. Anno.

Ioannes Casimirus Rex.

(L. S.)
(Regn. Pol.)

(L. S.)
(M. D. L.)

Valerianus Stanislaus Iudick,
Archid. Vilnenf. Notarius M. D. L.
Concordat cum vero suo Originali.

Godofredus Fabricius,
Ober-Secretarius, mp.

No. XXXIX.

MICHAEL, Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus p. r.
Dux Lithuaniae, Rusfiae, Prusfiae, Masouiae, Sa-
mogitiae, Kiiouiae, Podoliae, Volhyniae, Pod-
lachiae, Liuoniae, Smolensciae, Czer-
niechouiaeque &c.

Vniuersis & singulis, quorum interest, praesertim ve-
ro Nobilibus, & caeteris incolis Districtus Pilten-
fis, notum testatumque facimus. Postquam fauen-

- tibus Superis, per liberam & vnanimem Ampliffimorum Ordinum Electionem, Sceptra huius Regni capeffiuimus, & Sacro diademate cincti fumus, nihil Nobis in voto gloriofius effe, quam vnumquemque circa Iura a Sereniffimis Antecessoribus Nostris concessa & emanata, Clementia Nostra Regia conferuare, nec quidquam in eorum diminutionem admittere, prout id tam circa auspicate Electionis, quam & felicis Coronationis Nostrae Actus Iuramento firmauimus. Quod dum attente prae oculis habemus, interim ex supplici Memoriali, ab Illustriffimi in
- p. 2. Liuonia, Curlandiae & Semigalliae Ducis Ablegatis, Nobis porrecto percepimus, quod nonnulli Nobiles Districtus Piltensis hic praesentes Diploma aliquod obtinuerint, quo mediante Iurisdictio Districtus Piltensis Duci Curlandiae adimitur, & in illos, eorumque cassatos Collegas transfertur. Quoniam autem Nobis expositum fit per certos Consiliarios Nostros, qualiter Illustriffimus Dux Curlandiae multiplici Iure Districtum istum possideat, ipsamque Nobilitatem Piltensem non solummodo Iurisdictionem in Illustriffimum Principem, qui Districtum istum ad preces Nobilium, summa quinquaginta millia Imperialium, e Potestate Suecica vindicauit, sponte atque libere (salua tamen appellatione ad Sereniffimos Poloniae Reges, Iuribusque eorum supremi atque directi Dominii per omnia illaesis) accedente consensu Sereniffimi Antecessoris Nostris transtulisse, sed & Illustriffimum Ducem per Commissarium Regium & Reipublicae in Possessionem
- p. 3. Districtus Piltensis rite intromissum; Maydelium autem ab Officio Praesidentiae, Consiliariosque praetenfos a munere Consiliariatus amotos, & exortis differentiis inter prae-

praenominatum Ducem, & aliquot Nobiles, binas Commissiones per Constitutionem Anni 1661. & 1667. non ad exuendum Principem Possessione Sua, sed ad sopiendas lites, & ad inspiciendum vtriusque partis iura fancitas esse. Quapropter nolentes id, quod a Serenissimo Antecessore Nostro & hac Republica constitutum est, praepropera declaratione conuellere, & praefatum Ducem Curlandiae, qui de Serenissimis Antecessoribus Nostriis & hoc Regno semper bene meruit, Nobisque etiam sinceram fidem, & obsequia sua per Ablegatos Suos explicuit, contra praescriptum Iuris atque aequitatis nec auditum, nec in Iudicio victum Possessione Sua priuare, deliberato animo Diploma ante factum, sicuti etiam omnia, quaecunque a contradicentibus Nobilibus in derogationem Iurium & Possessionis Illustrissimi Ducis Curlandiae a Nobis obtenta, & quae imposterum obtinebuntur, cassamus, vtque ea omnia tam in toto, quam in parte irrita, inania, & nullius valoris sint & maneant, hisce decernimus: mandantes, vt iuxta Diplomata sub Datis Varfauiae, die 8. Mart. & 30. Iunii Anno 1668, & Rescriptum Reipublicae in praeterito Electionis actu datum, vtraque pars nihil noui attentet, sed in pacato statu viuant, ac sese tranquille gerant, nec aduersa pars Iurisdictionem saepe dicti Illustrissimi Ducis Curlandiae impediatur, donec, non subsequuta complanatione super hoc negotio, Nos cum omnibus Ordinibus totius Reipublicae plene determinauerimus ac deciderimus. Quod si vero ante insinuationem huius Inhibitionis aliquas causas in executionem & restitutionem, praesertim Bandimirianam, refractarii Illustrissimo Curlandiae Duci in effectum deduxissent,

P. 4.

p. 5.

tunc

tunc omnes & singulos eiusmodi Actus, vti extra iudicialiter obtentos, nullitati subesse declaramus; volumusque, vt Illustriſſimus Dux Curlandiae, tenore harum in pacato ſtatu & poſſeſſione bonorum, tam mobilium quam immobilium, Viduam Sackianam conſeruet, & ſi ab iis eiecta eſſet, reſtituat, & reſtitutam, non attentis quibusuis Reſcriptis Noſtris emanatis, conſeruare atque tueri velit. Quam in rem etiam Vadium florenorum auſu temerario contra modum adſtringendi Principes a Bandimirio, in Reſcripto nulliter obtento, adiectum, nullius nomenti eſſe declaramus; vtque inpoſterum, quam etiam contradicentes Piltenſes a ſollicitandis eiusmodi Reſcriptis, & turbatione Iurisdictionis Illuſtriſſimi Ducis Curlandiae abſtineant, Vadium Noſtrum triginta millia Imperialium interponendum eſſe p. 6. cenſuimus, vti Literis hiſce Noſtris interponimus: admonentes, quod ſi quis ipſorum tam per ſe, quam per ſubmiſſos Vadium hoc Noſtrum tranſgreſſus fuerit, illius nos medietatem pro Fiſco Noſtro, alterum vero partem pro delatore irremiſſibiliter exacturos eſſe; quod ad notitiam omnium & ſingulorum per publicationem huius Caſſatorii deduci volumus. In quorum fidem haſce praeſentes manu Noſtra ſubſcriptas Sigillo Regni Magni Ducatus Lithuauiae communiri iuſſimus. Datum Cracouiae, die I. Menſis Decembris, Anno Domini MDCLXIX. Regni Noſtri Primo.

Michael Rex.

(L. S.)
(Reg. Pol.)

(L. S.)
(M. D. L.)

No.

No. XL.

MICHAEL, Dei Gratia Rex Poloniae &c.

Vniuersis & singulis, quorum interest, praesertim vero Generosis ac Nobilibus Districtus Piltenfis Incolis, fideliter Nobis Dilectis Gratiam Nostram Regiam. Significamus praesentibus Literis Nostris, quemadmodum Serenissimus Antecessor Noster ad requisitionem & instantiam Illustrissimi in Liuania, Curlandiae & Semigalliae Ducis, nonnullos Nobiles & Incolas Districtus Piltenfis, Illustritati Suae refractarios, Literis Suis serio admonuit; & totum Districtum Piltensem cum vniuersa Nobilitate, nemine excepto, plenarie Iurisdictioni Eiusdem Illustrissimi Curlandiae & Semigalliae Ducis in omnibus causis subiectos esse, Literis Suis declarauit, & ne quicquam in contrarium earundem Literarum Suarum, in derogationem Iurisdictionis in Districtum Piltensem Illustrissimo Duci competentis moliri, vel priuato motu & autoritate attentare praesumerent, serio iniunxit. Ita & Nos insistendo Pactis, Inuestituris, possessioni per decursum plus quam sedecim annorum confirmatae, & anterioribus Literis Nostris declaratoriis ad Incolas & Nobiles omnes Districtus Piltenfis, eo nomine, ex Cancellaria Nostra emanatis, superscriptis omnibus Nobilibus & Incolis Districtus Piltenfis serio praesentibus mandamus & iniungimus, quatenus Ipsi omnes & singuli Nobiles & Incolae Districtus Piltenfis, non attento Rescripto Nostro nouissimo, sub Dato die 9. Mensis Iunii,

Anni currentis, & quibusuis Nostris Literis cassatoriis ad importunam instantiam & malam informationem ex Cancellaria Nostra emanatis & in posterum emanandis (quas cum omnibus suis contentis nullitatis fore & esse declaramus & abrogamus) iuxta anteriora Iura & Declarationem tum Serenissimi Antecessoris Nostri, quam & Nostram, (quae cum omnibus conditionibus, punctis, praesentibus approbatur & ratificatur) Iurisdictionem Illustrissimi Curlandiae & Semigalliae Ducis in omnibus causis Criminalibus, Ciuilibus boni regiminis, sine quauis quarumcunque personarum & incolarum Districtus Piltensis contradictione agnoscant, Consiliarios Terrestres in contrarium praesentis & anterioris Declarationis Nostrae constitutos, (qui praesentibus abrogantur, & pro illegitimis declarantur) ab omni functione Iurisdictioni Illustrissimi Ducis contraria ex nunc amouemus; volentes, ne in posterum illi Iudicia exercent, & res iudicatas ad executionem deducant. Illos vero Consiliarios Terrestres, quos superscriptus Illustrissimus Dux constituit & constituet, (qui praesentibus approbantur) pro veris & legitimis Consiliariis Terrestribus agnoscimus, omnes vero incolae Districtus Piltensis eos pro talibus obseruent, iudicatis & Mandatis superscripti Illustrissimi Ducis pareant & satisfaciant, nullaque conuenticula, qua priuatim, qua publice, in omnibus causis etiam Rempublicam tangentibus, sine assensu & scitu Eiusdem Illustrissimi Ducis celebrent, neque contributiones vel subsidia aliqua statuunt, sed in omnibus causis Mandato Eiusdem Illustrissimi Ducis, & Consiliariis Terrestribus obtemperent, saluis iuribus supremi Domini Nostri. Fa-

cturi

cturi sunt praemissa omnia, tam in praesentibus, quam anterioribus Literis Noftris descripta, sub Gratia Noftra, & sub poenis in contrauentores & conuulsores Mandatorum Noftrorum Legibus Regni fancitis. In cuius rei fidem praesentes manu Noftra subscriptas, Sigillo Regni & Magni Ducatus Lithuaniae corroborari mandauimus. Datum Varfauiiae, Die XXIII. Mensis Augusti, Anno Domini MDCLXXII. Regni Noftri Poloniae IV. Anno.

Michael Rex.

(L. S.)
(R. Polon.)

(L. S.)
(M. D. L.)

No. XLI.

IOANNES III, Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Ruffiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae, Kiiouiae, Volhyniae, Podlachiae, Liouoniae, Smolenciae, Seueriae, Czerniechouiaeque.

Significamus praesentibus Literis Noftris, quorum interest, vniuersis & singulis. Cum muneri Nostro Regio, desuper concessa potestate, incumbat, eadem ratione condere, qua & interpretari leges: ideo, postquam in modernis Comitibus appendix illa, quae Cracouiae ad reassumptam Commissionem Piltensem adscripta erat,

erat, cassata est; ne eadem cassatio variae exposita sit interpretationi, Nos cum consilio Nostrorum Consiliariorum ad tollenda dubia & explicationes praesentibus declaramus & statuimus, volentes, ne Nobilitas Districtus Piltenfis ad praesens iudicium proprium non habens, sine Iudicio & Sanctae Iustitiae administratione existat, neue Illustrissimus Dux Curlandiae aliquod sentiat praeiudicium, atque commissio in suo robore conseruetur, quod tantum modo appendix, in quantum appendix, annihilata sit, exemplo Commissionis Braclaiensis, cuius quoque appendix abrogata, saluis nihilominus Praetensionibus praefati Illustrissimi Ducis, ac Ducatus Curlandiae, quae in modernis Comitibus per expressum reassumptae leguntur. Vigore itaque Nostrae declarationis Illustrissimus Dux Curlandiae vsque ad expeditionem Commissionis per leges publicas statutae, circa Possessionem Iurisdictionis Piltenfis conseruetur, & Iudicium eius in causis Piltenfis vsque ad expeditionem Commissionis & finalem decisionem, a Nobis & Republica faciendam Iurisdictionem habebit & indicabit, salua ad Nos tanquam ad directum Dominum, vt iuris est, Appellatione. Quod ad notitiam omnibus, quorum interest, praesertim Districtus Piltenfis Nobilibus & Incolis deducentes, habere volumus, mandamusque quatenus iuxta praesentem declarationem Nostram Iurisdictioni Illustrissimi Ducis Curlandiae vsque ad determinationem Commissionis pareant & obtemperent; pro Gratia Nostra Secus non facturi. In cuius rei fidem praesentibus manu Nostra subscriptis Sigillum, Regni & Magni

Magni Ducatus Lithuaniae imprimi mandauimus. Datum Varfauiae, die XII. Mensis Maii, Anno Domini MDCLXXVII. Regni Nostri III. Anno.

Ioannes Rex.

(L. S.)
(R.)

(L. S.)
(M.D.L.)

Ioan. Stanisl. Witznicky,
Plocenf. Infulatus Olicenf. Regens
Cancell. Regni. manupr.

Correxit Holoconia.
Secretarius. manupr.

Rescriptum ad Districtum Piltensem vt pareat
Iurisdictioni Illustrissimi Ducis Curlandiae.

No. XLII.

Constitutio de Anno 1675. in volumine Legum
non inuenitur. Extractum Constitutionis
de Anno 1685.

Quoniam Commissiones in praeteritis Comitibus inter Incolas Districtus Piltinensis & Ducem Curlandiae ad effectum non sunt deductae, & per hoc tam incolis Piltinensibus, quam Ecclesiae Catholicae Romanae praecudicium factum sit: ideo Commissarii deputati sunt, vtque Anno Domini 1686. absentia nonnullorum non obstante, ad Ciuitatem Piltinensem in Curlandia conueniant, & ibidem absque aggrauatione,
tam

tam Ducis Curlandiae, sicut & Nobilium, iura, priuilegia Illustrissimi Ducis ac incolarum respectu omnium praetensionum Districtus, similiter & Episcopatus Piltinensis, alias Curonienfis, Iuris patronatus Regii, sub iure Hypothecae, sine quouis alio remanentis, ad eximendum inspiciant, & quam sufficientissimam informationem sumant, interesse habentes domos & familias connotent, differentias, controuersias & difficultates omnes interuenientes, si possibile erit, sopiant, aut saltem facilitent, non se ingerendo in Iurisdictionem Illustrissimi Ducis Curlandiae, pro finali decisione & vltimaria determinatione causam cum suo effectu ad Serenissimum Regem cum sufficienti informatione in omnibus remittant.

